






Biblioteka Jagiellońska
stdr0002667

Stella quam uide[...]
Debet eni[m] dies h[...]
sollempnitas [...]
fidelibus celebrari [...]
deo sollempnitatis [...]
usa· non debet ignor[...]
ri Hunc ergo diem [...]
dicimus· epyphania[...]
uocat [christi]ana religio·
epyphania u[er]o interp[re]
tatur manifestatio
Tu aute[m] In tempore ab[...]
magos A Omnis terra ps
Jubilate A Reges tha[...]
ps Deus iudiciu[m] ps Om[nes]
gentes ps Induta do[mi]ne
V Omnis terra ado[re]t
Traditum aute[m] re
uenimus a patribus·
quod unigenitus dei·
postq[ua]m est s[ecundu]m carne[m]
temporalit[er] natus· in die
isto magis uenientib[us]
est manifestatus: A qu[i]b[us]
est oblatis muneribus

Ecce agnus dei: ec
ce qui innocētes-
ab omni pctō inmu̅s
[e]t pote- qui os quidez
[e]x ossibus- adam- [e]t car
de carne adam- & nulli
[ta]m de carne pcti- traxit
maculam culpe Ecce
qui tollit pcta mūdi
...auite R Dies sāficat(us)
Ecce qui iustus iu
[s]pectores- iustis iu
impios- hoc quasi agno
[e]t lupos apparens- eciā
peccatores & impios iusti
ficandi hz potestatem
[Q]uo aute pcta mūdi to
llat- quo ordine iustificz
[t]u prior- apostolus petrus o
stendit qui ait Tu aut
... In columbe V Venient
Veterez Ad Laudes
[H]ominem renovans
salvator venit ad baptisma
[u]t natura que corupta est

1549 Die xxviij May

Martini de Sandomiria
Dono datus per Joannem
Citewski

Formulare aduocatorum

f° 2 ausus

permuta puella

Formulariu Procuratoru Stephani Planck

¶ Tabula huius operis.

¶ Secundus tractatus.

Appel. diff.

¶ Sequunt꜡ Petitiones varie

¶ Finis Tabule.

¶ Sequuntur termini Rote

PRimo pñtatur cõmissio dño auditori vel iudici ꝛ cõmissario. ꝛ deinde ser uanẽ termini infrascripti per ordinem.

¶ In causis nullitatis sñie vel ꝓcessus seu actus iudicialis vbi cõstat ex eisdem actis de nullitate.

Ad dicendum contra cõmissionem ad primã diem

Ad dicendum ꝯtra vltimo ꝓducta scilicet ꝯtra ꝓcessum vel alium actum iudicialem de cuius nullitate agiẽ ad primã diem.

¶ In causis grauaminũ in qualibet instantia

Ad dicendũ contra cõmissionem ad primã diem.

Ad dicendum contra appellationem ad primã diem.

Ad impugnandũ ꝛ iustificandum ad primã diem.

¶ Quibus terminis seruatis potest pars citari ad statim ad videndum inhiberi coauditori.

¶ In causis desertioñ appellatioñ vel in ꝓcessu ꝓ reo ad habendũ sñiam absolutoriã ab instañ iudicij ꝛ obseruatioñ terminoꝝ.

Ad dicendum contra cõmissionem ap primam diem.

Ad docẽdũ de diligẽtia ꝓsecutioñ appellatioñ primo ꝛ ꝓ primo ad primã diẽ

Ad idem secũdo ꝛ pro secũda dilatioñ ad primã diem.

Ad idem tertio ꝛ pro tertia dilatioñ ad primã diem.

Ad idẽ quarto ꝛ ꝓ quarta dilatioñ ex supabũdãti alioquin ꝛc. ad. i. diem.

In facto remissioñ ap partes in qualibet instantia decernende.

Ad dicendum contra cõmissionẽ ad primã diem.

Ad videndum decerni remissionem ad statim.

Ad concordandum de loco ꝛ loco loci ꝛ iudice ad statim.

Ad dandum interrogatoria ad hodie ꝛ cras.

Ad videndum includi articulos ad statim.

Ad videndũ iurare portitorem ad statim

¶ In facto cõpulsorie specialis cũ prefixione termini ad partes.

Ad audiendũ decerni cõpulsoriã ad statim.

Ad concordandũ de loco ꝛ loco loci ꝛ iudice ad statim.

¶ In notorijs factis rebus ꝛ causis seu casibꝰ vel criminibus.

Ad dicendum cõtra cõmissionem ad primã diem.

Ad dicendũ ꝯtra articulos quos nõ oportet admitti nec ꝓbari quia notorij sicut in causis attemptatoꝝ ꝛ restitutioñ ad primã diem.

¶ Noue reformatioñ de terminoꝝ substantialium obseruatione Martini pape quinti.

¶ Ordo terminoꝝ substantialiũ ꝛ obseruantia eorundem iuxta stilum sacri palatij cãrum ap̃lici obseruari solitoꝝ. Et primo in causis beneficialibus.

¶ In prima instantia.

Ad dicendum contra cõmissionem ad primã diem.

Ad libellandũ ad primã primã diem.

Ad articulandum ad duodecimã diem.

Ad dicendum contra articulos ad. ii. diem.

Ad probandum oĩa ad. ii. diem.

Ad dicendum contra pducta ad·ii·diem·
Ad declarandum ad primam diem·
Ad iurandum de calũnia ad·i·diem·
¶ Oẽs isti termini primo loco positi sunt de substãtia iudicij ergo omissio alicuius eorum reddit pcessum nullum eo ipo sed aliorum terminorum omissio non viciat pcessum dum tamẽ malitiose nõ fiat sed causa contingente·
¶ In secunda instantia omnes termini predicti seruantur ad primam diem excepto termino ad articulandum qui seruatur ad octauam diem·
¶ In tertia instañ iidem termini seruantur etiam ad primã diem excepto dicto termino ad articulandum qui seruatᷣ ad sextam diem·

¶ Ordo terminorum substãtialiũ in cãis pphanis iuxta stilũ palatij aplici· termini [illegible]

Ad dicendum contra cõmissionem ad primã diem·
Ad libellandum ad octauam diem·
Ad respondendum libello·litem contestandum·et de calũnia iurandum ad primam·et requiritur ꝙ quatuor vicibus citetur pars·Primo simpliciter ·Secũdo ad primã diem·Tertio ad idem sub excõis pena·Quarto ad idem ex superabundanti alioquin ad videndum se declarari semper ad primam diem·
Ad articulandum ad quintamdecimam diem·
Ad dicendum contra articulos ad secundam diem·
Ad producendum omnia ad secundam diem·
Ad dicendum contra producta ad secundam diem·
Ad declarandum ⁊ ad iurandum de calũnia ad primam diem·
Ad dicendum ɔtra declarationes ad primã si declarationes dantur facto et in scriptis secus si verbo tantum cum repetitioñ actꝫ ⁊ non est substantialis sed accidentalis terminus·

¶ In secunda instantia in prophanis·

Ad dicendum contra cõmissionem ad primam diem iuridicam·
Ad libellandum ad primam diem·
Ad articulandum ad octauam diem·
Ad dicendum contra articulos ad primam diem·
Ad dicendum contra pducta ad primam diem·
Ad declarandum ⁊ iurandum de calũnia ad primam diem·
Ad dicendum cõtra declarationes ad primã diem·si dantur declaratiões

¶ In tertia instãtia oẽs termini seruantur ad primam diem iuridicã preterꝙ̃ ad articulandũ qui seruatᷣ ad sextam diem·

¶ Nota ꝙ quando vna sñia absolutoria lata est pro reo ⁊ due sñie pro actore ⁊ causa appellatiõis cõmittitᷣ tunc seruantᷣ termini sicut in tertia instantia

¶ Januarius habet dies. xxxj.
Circūcisio vsq; in crastinū epiphāie
Antonij xvij.
Fabiani & Sebastiani xx.
Agnetis virginis xxj.
Uincentij martyris xxij.
Conuersionis sancti pauli xxv.

¶ Februarius habet dies. xxviij.
Purificationis beate Marie ij.
Blasij episcopi & martyris iij.
Agathe virginis v.
Cathedra Petri apostoli xxij.
Mathie apostoli xxiiij.
Dies carnispriuij & cinerum mobile

¶ Martius habet dies. xxxj.
Thome de Aquino. vij.
Gregorij pape xij.
Benedicti abbatis xxj.
Annuntiationis beate Marie xxv
Resurrectionis dñi cū septem p̄cedē-tibus & septē seq̄ntib⁹ diebus. mobile

¶ Aprilis habet dies. xxx.
Georgii martyris xxiii.
Marci euangeliste xxv.

¶ Maius habet dies. xxxj.
Philippi & Jacobi apostolorum i.
Inuentionis sancte crucis iii.
Johannis ante portam latinam vi.
Apparitionis sancti angeli viii.
Iuonis aduocati pauperum xix.
Uigilia ascensionis dñi & dies eiusdē
Pēthecostes cū dieb⁹ seq̄ntib⁹ mob.

¶ Junius habet dies. xxx.
Corporis xp̄i mobile.
Barnabe apostoli xi.
Johannis baptiste xxiiij.
Petri et Pauli apostolorum xxix.
Commemoratio sancti Pauli xxx.

¶ Julius habet dies. xxx.
Uisitationis beate Marie ij.
Translationis sancti Thome vij.
Marie magdalene xxij.
Jacobi apostoli xxv.

¶ Augustus habet dies. xxxj.
Petri ad vincula i.
Dominici v.
Laurentij x.
Assumptionis Marie xv.
Ludouici xix.
Bartholomei apostoli xxv.
Augustini episcopi. xxviij.
Decollationis. Jo. baptiste xxix.

¶ September habet dies. xxx.
Natiuitas beate Marie viij.
Exaltatio sancte crucis xiiij.
Mathei apostoli xxj.
Michaelis archangeli xxix.
Hieronymi confessoris xxx.

¶ October habet dies. xxxj.
Francisci iiij.
Luce euangeliste xviij.
Simonis & Jude apostolorum. xxviij
Mutatio capparum xxxi.

¶ Nouember habet dies. xxx.
Omnium sanctorum i.
Cōmemorationis animarum ii.
Dedicatio sancti Saluatoris ix.
Martini episcopi xi.
Dedicatio basilicarū Pe. & Pa. xviii.
Cecilie virginis xxii.
Clementis pape xxiii.
Catherine virginis & martyris xxv.
Andree apostoli xxx.

¶ December habet dies. xxxi.
Nicolai episcopi vj
Ambrosij episcopi vij.
Conceptionis beate Marie vii.
Lucie virginis et martyris xiij.
Thome apostoli xxi.
Uigilia natiuitatis dñi cum omnib⁹ diebus vsq; ad festum epiphanie dñi.
Item festa principalia illius loci vbi papa cum sua curia resederit.

¶ De deuolutioñ causarũ ad Romanã curiam scd̃m iura cõmunia ⁊ veram practicam. Tractatus.

Uplex est modus deuoluendi siue trahendi causas ad curiã Romañ ut in ipsa curia tractẽtur. Unus per cõmissionem factã in curia cum potestate citandi extra curiam. Sed isto mõ inter beneficiales ⁊ non beneficiales nulla est differentia postquã cõmisse sunt: nisi in diuersitate modi procedendi ⁊ obseruationibus terminoꝝ. ꝓut infra dicetur. licet leuius ⁊ facilius cause beneficiales etiam nõ deuolute per appellationem cõmittanť in curia q̃z alie. ⁊ inter alias citius cause spũales ⁊ ecclesiastice q̃z prophane. et inter prophanas citius ille que vertunť inter clericos q̃z inter laicos. Sed postq̃z placet pape nulla est differentia nisi in modo procedendi ⁊ obseruatione terminorum ut infra. Alius est modus deuoluendi per appellationẽ. Et isto modo magna est differentia inter beneficiales ⁊ nõ beneficiales: quia beneficiales per quamcũq̃z appellationẽ interpositã ad sedem ap̃licam deuoluũtur ad Ro. curi dũmodo dicta appellatio interponať iuxta formã cle. cãm. de elec. s. q̃n interponitur in p̃ntia appellati uel eius ꝓcuratoris specialiter in causa illa constituti: aut eoꝝ alteri infra mensem ab interpositione ipsius uel postea q̃zcito potest cõmode intimetur appellato uel ꝓcuratori predicto: data sibi scriptura autentica uel publicato sibi tenore appellationis cum copia sibi tradita si petita fuerit: alioquin in absentia appellati uel ꝓcuratoris: talis appellatio intimãda est in domo habitationis illius appellati. Uel si domus est in remotis in eccl̃ia cathedrali in cuius ciuitate uel diocesi situm est beneficiũ de quo agiť. Et vtroq̃z casu nihilominus est intimanda in ecclesia uel beneficio de quo agiť. Et semper est danda copia appellationis quãdocũq̃z petita fuerit. Et hoc est verum ꝙ sic debet intimari nisi esset metus appellati uel suoꝝ: tunc enim sufficit ꝙ intimatio fiat in aliquo loco publico vbi in abñtia appellati uel citandi debeat fieri intimatio appellationis seu citationis: de quo verisimile sit ꝙ veniat ad noticiã appellati.

¶ Item est sciendum ꝙ si aliqua appellatio debeat intimari alicui habenti parrochialem ecclesiã uel aliud beneficiũ curatum requirens residentiã de iure tũc in abñtia appellati uel citandi sufficit ꝙ intimatio uel citatio fiat in ecclesia cathedrali ⁊ in ecclesia siue beneficio curato ⁊ nõ in aliqua alia domo habitatiõis Uide ad premissa deci. Ro. de cõmis. que incipit. Item voluerunt. et de cita. que incipit. Item in causa beneficiali.

¶ Alie vero cause nõ beneficiales siue sint spũales siue ecclesiastice. ut de vsuris de decimis. de matrimonio. ⁊ de similibus: siue mere ꝓphane. ⁊ tunc siue sint inter clericos siue inter laicos via appellatioñ duntaxat non deoluunť ad Ro. curiam nisi scd̃m formã distinctionis infrascripte. Nam aut appellať ante sententiã diffinitiuã: aut post. Si ante. aut appellatio est recepta a iudice uel approbata a parte. aut nõ est recepta a iudice uel approbata a parte. Primo casu. aut nullus terminus fuit statutus ab homine. s. a iudice uel appellante. Et tunc sufficit ꝙ appellatus mittat ꝓcuratorẽ ad agendum ⁊ defendendum in curia. Nec in tali causa virtute appellatioñ talis procedi posset: nisi de spãli mandato dñi nostri pape cõmitteret in curia extra eam ⁊ ad partes: ⁊ decreta citatioñ ⁊ exe-

cutione reproducta non vi appellationis sed vi citatiōis procedit̄ in hmōi causa. Aut terminus fuit statutus ab homine. ⁊ tunc iterū dico idē qđ in casu supra proximo. Si aūt appellatio fuit recepta a iudice vel approbata a parte. Iterū distinguo. aut null⁹ termin⁹ fuit statut⁹ ab hoie. ⁊ tūc sufficit mittere pcuratorē ad expediendū articulū grauaminis vt illo expedito in negocio principali pcedi non posset absq̄ noua citatiōe nisi al's partes ambe essent in curia vel procuratores essent sufficientes ⁊ partes tacite vel expresse prorogarent iurisdictionem iudicis al's aucte vel via appellationis nō potest procedi in negocio principali sed solum in grauamine. aut terminus fuit statutus ab homine ⁊ tūc aut appellatus petiit qđ principalis appellās per se veniret instructus cum iuribus ⁊ munimentis ad Ro. cu. ad totam causam ⁊ tunc cause censentur per talem appellationem ad Ro. cu. deuolute etiam ad finem vt in negocio principali per audientiam contradictarum procedi possit vi talis appellationis. Aut appellatus hoc non petiit ⁊ tunc nō est deuolutus articulus grauaminis nec in negocio principali illo finito vi appellatiōis procedi posset. ⁊ sic tm̄ vno casu appellatio ante sn̄iam deuoluit negociū principale ad curiam. ita q̄ in illa sine alia citatione in curia procedi posset per audientiā contradictarū cōtra abs̄ntem. s. quando appellatio est recepta a iudice ⁊ a parte approbata ⁊ terminus statutus est ab homie ⁊ petitū fuit per appellatū q̄ appellans veniat cum iuribus suis ⁊ munimentis totam causam cōcernentibus ⁊ iste modus raro accidit. Si aūt est appellatum in causis non beneficialibus a diffinitiua tūc aut appellatio fuit acceptata a iudice vel approbata a parte vel nō. Primo casu siue terminus fuerit statutus ab homine siue non causa est deuoluta. ita q̄ per audientiam contradictarum contra absentem procedi posset etiam in negocio principali. In secundo casu. s. qn̄ non est recepta a iudice vel approbata a parte non est causa deuoluta ad curiā ita q̄ per audientiam contradictarum in negocio principali procedi possit. sed sufficit mittere procuratorem ad impetrandū ⁊ contradicendum. Modo ex premissis habetur plene quando cause etiam non beneficiales in Ro. cu. vigore appellationū interposite in articulo grauaminis vel negocio principali per audiētiam contradictarum tractari possint.

¶ In causa deuoluta per appellationem modus procedendi.

Postq̄ꝫ autem cause in Romana curia per viam appellationis ita vt in ea tractari debeant deuolute sunt hoc modo procedendum est. Primo cōmittenda est causa appellationis ⁊ negocij principalis alicui auditori vel iudici ⁊ p̄ñtata cōmissione producat̄ appellatio coram iudice si habetur al's detur verbo ac petatur ⁊ obtineatur processus per audientiam contradictarum qui decernitur dūmodo causa est legitime deuoluta ⁊ non al's. ⁊ tunc debet pars citari per audientiam contradictarum ad dicendū contra cōmissionēꝫ ⁊ iura pro deuolutione facientia ad causam ad primā diem iuridicam tunc proxime sequentem ⁊ hoc est verū scđm modernā practicā licet olim secus erat. quia auditor pronuntiabat causam esse deuolutam.
Et licet ista practica seruetur quando appellatio etiam verbo tm̄ producitur tamen illa nō est secura practica nec iuridica immo bene valet quia omnino requi

ritur ꝙ producatur facto ante sniam als iudex non pronuntiat nisi constet de appellatione. Deinde citatione in audien litterarum cotradictarum reproducta et accusata contumacia partis nihil dicetis contra comissionem et iura hmoi obtineatur si in grauamine proceditur siue sit beneficialis vel non ad impugnandu et iustificandum ad primam diem. Si vero in negocio principali pars velit procedere tunc si causa beneficialis est procedendum est iuxta reformationem bulle Martini pape quinti. s. ad libellandum ad primam Ad iurandum de calumnia. Ad primam vero diem etiam de mero iure: si aliqua partium velit abbreuiare litem in termino ad libellandum potest iurare de calunia. caueat tame vt non remittat expresse iuramentu alteri parti sed tm tacite: qa tacita remissio iuramenti valet et expressa vitiat processum a iure. licet hoc casu coiter notarij scribentes in causis errant. a seipsis enim sepe scribut ꝙ iuratus remisit parti iuramentu. Et ideo procurator sit attentus qn iurat in termino ad libellandum ꝙ auiset notarium vt scribat hoc expresse. Deinde ad articulandum ad duodecimam diem in beneficialibus. Ad dicendum contra articulos ad secundam diem. Ad producendum oia ad secunda diem. Ad dicendum contra producta ad secunda diem. Ad declarandum ad primam diem. Et deinde si alique declarationes dentur ad dicendu cotra eas ad primam diem. Et deinde tuc vel ante termino elapso Ad dicendum cotra articulos. Articuli admitti in curia ad probandu coiter infra. xv. dies si sint articuli de iure. Alie materie ad placitum iudicis parte aduersa pnte vel vocata et cotumaciter abnte possunt. Factis aut probationibus si est actor vel si est reus et actor probauit fact9 defensionibus cotrarijs releuan. vel si nihil probat actor: etiam si reus no probauerit et certus sit de absolutoria snia potest peti concludi ad statim in eadem audientia. Postmodu aut cu iudex deliberatus fuerit pot ferre sniam. Et licet conclusio in beneficialibus non sit de substantia: tn stilus curie habet ꝙ semper concluditur etiam in bnficialibus et in alijs summarijs causis. Tenet tn snia sine tali conclusione. nec in hoc stilus contradicit. Et quo ad istam materiam videlicet admissionem articulorum exceptionum vel aliarum materiarum preterqꝫ de conclusione. Deinde cu illa in causis pecuniarijs siue pphanis sit de suba. Ide in talibus causis ordinarijs siue pphanis seruet.

¶ In secunda et tertia instantijs.

Item in secunda instantia omnes supradicti termini seruantur ad primam diem. excepto termino ad articulandum qui seruatur ad octauum diem. Et eodem modo in tertia instantia: dempto termino ad articulandum qui seruatur ad septam diem.

¶ In causis beneficialibus deuolutis per comissionem.

Item eodem modo seruantur termini in causa beneficiali qn est deuoluta p comissionem cum potestate citandi in curia vel extra. Et executione citationis facta in partibus que executio fienda est eodem modo quo appellatio interponenda scdm formam cle. causam. de elec. hoc dempto ꝙ tunc non oportet producere iura pro deuolutione facienda: sed reproducitur citatio cum eius executione facto vel verbo. Deinde citatur pars ad dicendum contra illam: vtputa contra comissionem citationem et eius executionem ad primam diem. Deinde ad libellandum ad prima diem vt supra. et exinde procedunt taliter ꝙ si sint ambe

partes pñtes sufficienter fundate per se uel suos ꝓcuratores· tunc ꝓcedendum
est inter eas per cursorem· alioquin pars pñs procedat per audientiã contradi/
ctaꝝ cõtra absñtem si causa est deuoluta ut supra· Et hoc idem seruet̃ in causis
non beneficialibus· de quibus supra dictum est·

¶ In causis non beneficialibus·

In causis vero nõ beneficialibus· aut ille sunt de decimis: matrimonijs: uel
vsuris· Et in illis ꝓcedendũ est ut in causis beneficialibus modo quo supra
dictum est quo ad terminos sed non quo ad deuolutionẽ· ut etiã predictum est
Aut ille cause sunt ꝓphane· ⁊ tunc si per appellationẽ sunt deuolute modo quo
supra dictum est: cõmissa causa ꝓducatur appellatio facto uel verbo: et citabit̃
pars ad dicendũ cõtra cõmissionẽ ⁊ iura pro deuolution̄ cause facientia ad pri/
mã diem· Si vero est deuoluta per citationẽ executam: tunc illa citation̄ ⁊ eius
execution̄ facto uel verbo reproducta: citabit̃ pars ad dicendũ contra cõmissio
nẽ ⁊ eius executionẽ ad· j· diẽ· Et deinde vtroq₃ casu deuolution̄ hmõi ꝑmo ter/
mino seruato ad dicendũ cõtra iura deuoluẽtia uel executionẽ citation̄ citabit̃
pars ſm antiquã practicam ad libellandũ ad· viij· diem· Scdm modernam vero
que iuxta antiquã seruat̃ ad libellandũ· ad litẽ cõtestandũ· ⁊ iurandũ de calũp/
nia ad primã diem· in quo termino dabit̃ libellus ⁊ citabit̃ pars ad respondẽdũ
libello ⁊ super eo litem contestandũ: necnon ad iurandũ de calũpnia primo ad
primã diem· Ac deinde secũdo ad idem etiam ad primã diem· Sin autẽ tunc ista
facit citet̃ ad idem tertio sub pena excõis ad primã diem· Si nec tunc facit citet̃
ex superhabundanti quarto ad idem ad primã diem· tunc libellans affirmat nar
rata in libello suo fore vera ⁊ petita in eodem fieri debere animo litẽ contestan
di: ⁊ nisi tunc aduersarius dederit exceptiones releuañ: aut nisi libellus de se sit
ineptus cõpellat̃ pars respondere alias excõicetur· Exceptiones autẽ que op/
poni possunt ad impediendũ litẽ ꝯtestationẽ sunt tñ tres· s· de re iudicata· de re
transacta· ⁊ de re finita· Etiam exceptio solutionis que reputat̃ anormola op/
poni posset ad impediendũ litẽ cõtestationẽ· De exceptionibus aũt dilatorijs
q̃ opponi possunt: ut excõicatio· pactũ de nõ petendo ad tp̃s ⁊ siles· Si vero iu
dex cause cõpellit te ad respondendũ libello cui de iure nõ est respondendũ: q₂
est ineptus: ⁊ tunc quia uel alique obstant exceptiones tue: ⁊ tunc nõ responde
as nisi metu excõis· ⁊ simili metu durante iures de calũpnia: et deinde appelles
ab illa cõpulsione metu excõis ad respondendũ libello facto· Et in casu quo ex/
ceptiones date fuerint ⁊ nõ admisse petita admissione exceptionũ a nõ admissi
one ⁊ repulsion̄ dictaꝝ exceptionũ ⁊ cõiunctim ⁊ diuisim appellari potest etiã
ante ⁊ post cõpulsionẽ talem· ⁊ si tibi placet ꝓsequi grauamẽ quia iustũ est quã
do libellus est ineptus: uel qñ exception̄ date sunt pertinẽtes: uel forsan appella
tio est minus legittima uel alia de causa legittima recedere velis a iudice: q₂ for
san tibi suspectus est uel alia de causa: tunc facias cõmitti causam appellation̄
ab illo grauamine vna cũ toto negocio principali in forma qua infra· Et l₃ ap/
pellatio qñ est legittima cõmittat̃ vna cũ negocio principali nõ tñ venit nego/
ciũ principale nisi in euentum grauaminis· tñ leuius sepe obtinent̃ cõmissiones
qñ ꝓcessum est coram iudice ꝙ in oẽm euentũ manet iudex·
¶ Cõmissa vero causa grauaminis hmõi termini seruent̃ sicut in alijs quorum
cũq₃ grauaminũ· s· primo ad dicendũ cõtra cõmissionẽ ad· j· ⁊ ad dicendũ cõtra

appellationem etiam ad primam diem que repetēda est in termino quo accusatur contumacia nihil dicētis cōtra cōmissionē ⁊ deinde ad impugnandū ⁊ iustificandū ad primam diem in quo termino debet dari petitio ad minꝰ verbo·s·si est appellans petendo ꝓnuntiari bene appellatū et male processum· Si appellatus·ecōtra·s·bene ꝓcessum ⁊ male appellatū·sed cautiꝰ est ⁊ vtiliꝰ ꝙ in illo termino ad impugnandū ⁊ iustificandū detᷣ petitio facto ⁊ pridem in generalibus quo ad terminos ꝓcedunt quādo appellās ꝓsequitur causam appellatiōis·sed si appellatus eam prosequitᷣ ille poterit quādo citatus est ad dicendum contra cōmissionē consentire in iurisdictionem iudicis si sibi placet vł de surreptiōe cōmissionis obiicere et ipiꝰ iudicis iurisdictionē impugnare cāu quo possit·Si autem voluit in iudicem ⁊ eius iurisdictionē cōsensum prestare tacite vel expresse tunc debet in illo termino repetere appellationem partis aduerse inquantum facit pro parte sua ⁊ contra partem aduersam et inquantum facit contra se excipere generaliter contra eam et obtineat ad impugnandum et iustificandū ad primam diem·quem terminum seruet vt supra·

¶ De prima instantia in prophanis·

DEinde continuando terminos in negocio principali si grauamen non iustificetur vel iustificatum est et per sententiam interlocutoriā expeditū que transiuit in rem iudicatam ·quia ab ea non est appellatum·si late sunt sententie conformes super grauamine tūc obtineatᷣ ⁊ citetᷣ pars aduersa ad articulandum in prima instantia ad·xv·diem·Ad dicendū cōtra articulos ad·viii·diē Ad ꝓducendū omnia ad octauū diem· Ad dicendū contra ꝓducta ad octauū diem· Ad declarandū ad octauū diem· Et ad dicendū cōtra declaratiōes si que dantur ad octauā diem·alias nō·Deinde potest peti concludi·⁊ hoc si est reus et aduersarius actor nō probat·vel si est actor ⁊ ꝓbauit·⁊ in istis causis pecuniariis siue ꝓphanis presertim quādo quis timet cōmissionem vel futuros testes tūc instet ꝓ cōclusione·⁊ deinde deliberato iudice petat ꝓnuntiari·

¶ De secunda instantia·

IN secunda instantia postq̃ a prima sentētia appellatū est ⁊ causa appellationis cōmissa citabitᷣ pars ad dicendū contra cōmissionē ad primā diem· et si placet appellato statim appellatus potest facere citari partem aduersam ad libellandū ad primā diem·alias poterit excipere cōtra cōmissionē vel nō excipere ⁊ permittere currere litem in arte sua·Quo termino adueniente quelibꝫ partium potest dare libellū·s·appellatus appellatoriū petendo confirmari sententiam·⁊ petendo ꝓnuntiari bene ꝓcessum ⁊ sententiatū ⁊ male appellatum· vel si aliquid deest ita ꝙ iudex plene non ꝓnuntiauit iuxta petitionē suam illud potest nunc addere in suo libello·Appellans vero poterit petere contrarium ⁊ dare petitionē illam quā dedit in prima instantia·Et deinde citabitᷣ pars ad respondendum libello ⁊ litem contest·etiam ad primā diem·⁊ in illo termino accusabitur cōtumatia nō respondētis libello·⁊ hanc cautelā teneat volēs ꝓsequi iudicium·quia si altera pars est absens a iudicio non requiritᷣ litis cōtest· in secunda instantia vbi facta est in prima·secus si est presens·Teneat ergo talē ordinem volens continuare iudicium ⁊ accelerare ꝙ in illo tempore valeat qñ alia pars non est presens ⁊ seruet terminū·⁊ tunc citetur pars ad iurādum de calūnia ad primam diem·vel seruet illum terminum ad iurandum in eodē termino

vt s. ӡpradictum est. Deinde ad articulandum ad duodecimā. Ad dicend9 contra
articulos ad secundam. Ad producendum oīa ad secundam. Ad dicendū contra
producta ad secundam. Ad declarandum ad primā. Ad dicendum contra decla-
rationes sique fuerint producte etiam ad primam.

¶ De tertia instantia.

In tertia instantia oēs termini seruentur ad primā: dempto termino ad ar-
ticulandum qui seruetur ad sextam. Et teneat etiam cautela in termino ad
libellandū ꝛ respondendum libello: vt dictum est in secunda instantia.

¶ In causis nullitatum.

In causis nullitatū. s. qñ cōmittitur ꝛ petitur annullari aliquis ꝓcessus vel
sententia vel alius actus extraiudicialis. tunc si est actus iudicialis: aut nul
litas constet ex eisdem actis: ꝛ tunc causa cōmissa ꝛ citata parte ad dicendū con
tra cōmissionem. ꝛ producto processu siue actu iudiciali qui annullari petitur et
parte citata ad dicend9 cōtra: non requirit alia obseruatio terminoꝝ q̄ȝ sñia. In
alijs ꝯo nullitatibus siue extraiudicialibus siue iudicialibus qñ nō ꝯstat ex eis9
actis de nullitate requirit plenus ordo iuris ꝛ plena obseruatio terminoꝝ scd̄m
cāe naturaȝ vt si cā est bñficialis vel alia sūmaria de qbus. s. ꝓcedit vt in illis in
quib9 supra declaratū est. Si est ꝓphana ꝛ ordinaria ꝓceditur vt s. dictum est.

¶ Et est notandū q̄ iudex vel auditor cui cōmissa est causa appellatōnis a diffi
nitiua potest cognoscere de nullitate sentētie licet hoc non exprimatur in com
missione sibi facta. secus in iudice appellatiōis a grauamine vel interlocutoria.
cautum tñ nō est q̄ semper exprimatur in cōmissione licet expost facto in iudi-
ce appellationis a diffinitione sustineatur vt supra.

¶ In causis restitutionis.

In causis restitutiōis que de iure peti debet infra quadrienniū. aut petit re-
stitutio ad appellan9 ab aliqua sñia vel grauamīe. vel petitur restitutio in
integrum aduersus aliqueȝ contractū vel actum ꝛ hoc principaliter vel inciden
taliter. Si petitur restitutio ad appellan9 ab aliqua sñia vel grauamine. vel peti
tur restitutio aduersus sententiam ꝛ intentetur iudiciū rescindens ꝛ non resci-
sorium: ꝛ tunc citetur pars ad dicendum ꝯtra cōmissionem: dent articuli scd̄m
viā iuris cōis deducentes casum esse. que restitutio de iure conceditur p viam cō-
missionis de gratia petit9 ꝛ conces. tunc deducant articuli facientes ꝓ verifica-
tione cōmissionis ꝛ citet pars ad dicend9 cōtra articulos ad primā diem. deinde
accusata cōtumacia in illo termino petant admitti articuli ꝛ producantur iura
vel testes scd̄m materiā subiectā. Et est scien9 circa hoc q̄ petens restitutionem
semper anteq̄ȝ restituat debet docere de aliquo suo iure vel interesse vel saltim
sūmarie de lesione. Item deinde factis probationibus sup articulis petat resti-
tutio. si ꝯo petit restitutio in integrum principaliter ꝛ intentet rescisoriū simul
id est articulus restitutionis ꝛ negocij principalis q9 fieri potest de iure ꝛ vtile
est fieri tunc seruandi sunt termini ad longū. vide ad ista cle. i. de resti. in inte. se
cundum naturam cause si est sūmaria ꝛ ordinaria vt supra dictum est.

¶ In causis desertionum.

In causis desertionū. s. qñ appellatio a diffinitiua sñia vel interlocutoria di-
citur deserta. ꝛ tunc si sit deserta in manib9 dñi auditoris cui cōmissa est cā
appellationis cum incideñ. ꝛc. ꝛ tunc requirit noua ꝯmissio. qua facta ꝛ p̄ntata

citať pars ad dicendũ contra ad primã diem. ⁊ elapso illo termino citetur pars ad docendũ ⁊ fidẽ faciendũ de diligẽtia ꝓsecutiõis appellationis primo ad primã diem. Deinde si non docuerit de diligentia predicta citeť ad idem secundo ꝑ secunda dilatione. ⁊ similiter ad idem tertio. Et si iterũ nõ docuerit de diligentia prosecutionis appellationis citeť ad idem quarto ⁊ ex superhabundãti. et tunc iudex habet optionem an velit confirmare primã sniam: si cõstat in actis et termini sunt seruati. vel pronuntiare tm̃ super desertione.

¶ In causis attemptatorũ.

In causis attemptatorũ que fiunt post appellationem vel illa pendeñ sempꝑ requiriť noua cõmissio si occurrunt talia attemptata post primã cõmissionem: quia regulariter cõmissiones ⁊ rescripta se non extendunt ad actiões ⁊ ius creatum siue post appellationẽ. et lapso termino ad dicendũ cõtra cõmissionem qui est ad primam diem danť articuli sup attemptat. Et citetur pars ad dicendũ cõtra articulos. ⁊ in termino ad dicendũ contra vel post petanť ⁊ obtineanť admitti ⁊ fiant ꝓbationes ꝑ testes vel ꝑ instrã: ⁊ deinde illis factis nõ requiriť obseruatio terminorũ nisi ꝙ petitio detur ⁊ snia proferatur.

¶ In causis redectionum.

In causis vbi petitur reductio cõtra aliqđ laudũ latum per aliquos arbitros vel arbitratores ad arbitrium boni viri. si est causa beneficialis vel sũmaria seruandi sunt termini vt in illis supra dictum est. Et nihilominus vltra hoc dãdus est libellus concludens iniquitatem ⁊ reductionem scđm dispositionem iuris. Si vero causa vel negocium in qua petitur reductio non est beneficialis vel summaria: tunc seruandi sunt termini sicut in causa ordinaria vel prophana: et est lis contestanda.

¶ Remissio ad partes.

In causis remissionum vbi petitur remissio ad partes decerni: si habeť commissio ꝙ decernať ⁊ decreta expediať sub sigillo: tunc fiet littera sub sigillo: alš fieret sub plumbo. Et quando decreta est remissio citať pars ad primam ad concordandum de loco in quo iudice coram quo ⁊ termino infra quẽ remissio debeat expediri in partibꝰ ⁊ remitti. ⁊ fiat concordia de vno vel duobus iudicibus prout occurrit. deinde citeť ad dandũ interrogatoria per illam ⁊ totã diem sequeñ vel ad primam diem. ⁊ tũc in illo petanť includi articuli parte vocata. et si portitor habetur paratus iuret tũc vel alš quando occurrerit.

¶ Nota ꝙ semper scđm stilum curie dantur tres menses pro expeditiõe remissionis in partibus. videlicet duo obtinenti remissionem ad probandum intentum suũ: ⁊ vnus mensis parti aduerse ad reprobandum. ⁊ vltra istos tres menses datur terminus competens scđm distantiã loci ad eundũ ad partes ⁊ redeundum super quo termino partes debent concordare.

¶ Practica circa remissionem.

Item circa istas remissiones notandum ꝙ practicatum est in curia et habetur vna decisio ad hoc ꝙ iudex potest remissionem decretam sub sigillo expedire vigore noue cõmissionis: alš non sine cõmissione. ⁊ etiam commissarius suus in partibus non potest subdelegare. Quando vero remissio expeditur sub plũbo papali tunc ille cõmissarius bene põt subdelegare alteri vices suas. ⁊ tũc reportata remissione iudex qui decreuit nõ potest de ea cognoscere nisi fiat cõ-

missio noua: ⁊ illa fiat sub forma huiusmodi. Pater sancte tali causa pendente in
ter tales iudex decreuit remissionem ꝓpter appositionem manus. V. S. iudex si
ne noua cōmissione. S. V. de causa ipsa se intromittere non potest. dignetur igi
tur. S. V. eidem priori iudici vel surrogato suo cōmittere vt remissionem recipi
at aperiat ⁊ vlterius in causa procedat.

¶ Item nota si remissio est decreta sub plumbo ⁊ expedita licet articuli nō sunt
inclusi ⁊ partes renuntient cōmissioni: tamen auditor non potest vlterius pro
cedere sine noua cōmissione propter appositionem manus pape. ⁊ desuper ha-
betur decisio rote.

¶ Pro interesse.

Item alius est modus veniendi ad causam. s. pro suo interesse. ⁊ tunc certius
qui vult interuenire pro suo interesse videat an sibi hoc expediat. quod con
siderare potest. si enim iura producta ⁊ ꝓbationes in causa facte plus sibi pro-
sunt q̄ȝ nocent tunc est bonum vt veniat pro suo interesse. al's melius est vt in-
choet nouam litem siue nouum iudicium coram eodem vel alio auditore. ⁊ si ex
pediat sibi venire pro interesse videat an ipse sit comprehensus in prima cōmissi
one data iudici nominatim: vel sub cl'a generali. s. alios sua interesse putañ. ⁊ tūc
veniat coram iudice cum iuribus ⁊ articulis suis ⁊ dicat ꝙ sua intersit producat
citari ad dicend' contra ad primam diem. ⁊ tunc in illo termino petat se admitti
pro interesse in eo statu in quo est cā. ⁊ hoc procedit in causa beneficiali.

¶ Si ꝟo non sit comprehensus in prima cōmissione tunc obtineat nouam com
missioñ in qua petat se admitti ꝓ suo interesse ⁊ ꝓducat iura ⁊ articulos suos:
⁊ obtineat citari partem ad dicend' contra ⁊ petat se admitti vt supra.

¶ Quid aūt operat̄ generalis clausula que ponit̄ in ɔmissione: ⁊ alios sua inter-
esse putañ. an sñia preiudicat eis contra quos fertur. Dic ꝙ sua interesse putās
nō tenet̄ venire licet possit venire ad cām nisi sit citatus in specie et nominatim
sc'dm formā cle. cām. ⁊ tunc preiudicat sibi sñia. Et circa hoc nota ꝙ qñ vna vel
due sñie cōtra possessorē late sunt ⁊ ali⁹ venit ꝓ suo interesse nō ꝓpterea impe-
ditur cā si sit expedibilis inter priores partes quin expediat̄ ⁊ etiaȝ fiat executio
nisi possessor fuisset vocatus vel ille qui veniret pro suo interesse diceret se possi
dere vel in cōmissione per quā quis venit ꝓ interesse sit clausula ꝙ cā inter oēs
partes simul ⁊ semel ac vnico contextu eademq̄ȝ sñia terminetur. ⁊ tunc etiā re-
quiritur signatura correspondens. s. ꝙ admittat ⁊ procedat vt petitur et simile.
⁊ sis cautus iudicando ⁊ retinendo cōmissionem tali forma.

¶ Etiam circa hoc nota ꝙ sine illa clausula: ⁊ alios sua interesse putañ. in princi
pio originalis cōmissionis siue primo ponatur puta contra ⁊ aduersus. a. b. ⁊ ali
os sua interesse putañ: siue ponatur dūtaxat in fine circa illud cum ptāte citan-
di. a. b. ⁊ alios sua interesse putañ. tenet modo practica Rote ꝙ vtroq̄ȝ casu dat̄
iurisdictio. quod tñ creditur esse contra. §. in cle. appellāti. de appella. ⁊ ad tollē-
dum dubium ponas clausulam in principio.

¶ In causis criminalibus.

In causis criminalibus que deducunt̄ ꝑ quadruplicem viam. s. accusationis.
inquisitiōis. denuntiatiōis. ⁊ exceptionis. Si per viam accusationis si talis
est causa ꝙ veniat aliqua pena corpalis imponenda illa non potest tractari per
procuratorem sed tractanda est per principales ꝑsonas nisi ille principales per-

sone vel earum alique sunt in carceribus iudicis.

¶Si vero aliqua alia pena sit imponenda tunc tractari pōt per procuratores ꝛ dandus est libellus ac in eo specificanda sunt crimina ꝛ excessus exprimendus etiam locus loci annus ꝛ mensis. sed non requiritur dies in quo ponēda est inscriptio actoris libellantis ad penam talionis si actor illam pati potest: alˀs ad penam ordinariam ad arbitriū boni iudicis. ꝛ ante inscriptionē nō tenet̄ reus conuentus respōdere libello. ꝛ in talibus causis per accusationē etiam si agitur ad priuationē bñficij seruandi sunt termini vt in prophana scdm ordinem ꝑut supradictum est: quia tunc talis causa non dicitur beneficialis. Si per viam inquisitionis ꝛ hoc fit dupliciter. Aliquādo est ad instantiā partis ꝛ tunc procedendū est sicut in accusatione. Aliqñ ex officio iudicis ꝛ tūc iudex habet deputare aliquā instigationē vel promotorē officij. Et tunc primo ingrendū est de infamia. que si probatur tunc procededū est vlterius ad cognitionē veritatis omnium criminum ꝛ danda est copia capitulorum ꝛ indiciorum ꝛ nomina testium ꝛ pars citanda est ad dicendum contra. Et in istis causis inquisitionū ex officio ꝑceditur summarie non obseruando aliquem ordinē terminoꝝ causaꝝ siue beneficialium siue prophanaꝝ.

¶Si per viam denuntiatiōis iudicialis: quia de his non est ad propositū: tunc illa est preparatoria ad inquisitionē que fieri pōt dupliciter vt supra. Si ꝑ viā exceptionū: quod fit qñ agitur de confirmando electū vel instituendo pñtatū vel admittendo prouisum in possessionem: tunc per modum exceptiōis danda sunt crimina ꝛ non requirit̄ inscriptio. requirit̄ tñ specificatio vt supra dictum est in libello accusatorio. Est etiā tñ sciendū ꝙ cōtra prouisum ne mittatur in possessionem nō possunt opponi crimina cum infamia. Et ideo sit cautus ꝓcurator excipiens vel in tali materia articulans aut articulet crimina ꝛ ꝙ addat ꝙ illa erant notoria. ꝛ ꝙ petens possessiōem beneficij de illis erat notorie infamatus vel diffamatus.

¶Super notorio.

In causis vbi tanꝙ sup notorio ꝑcedit̄ post citatiōem ad dicendū contra cōmissionē dandi sunt articuli sup notorio ꝛ pars citabit̄ ad dicend̄ ꝯ articulos: ꝛ deinde ferenda est sñia: nec alia obseruatio terminoꝝ requiritur.

¶In causis appellationum.

Item notandum est ꝙ vbi prima vel secunda sententia in partibus vl̄ per audientiam camere lata est tunc in causa appellationis que cōmittitur in rota vel extra rotam alicui cōmissario apostolico seruandi sunt termini sicut in prima instantia.

¶De inhibitiōe qñ fieri debeat ꝛ post quos terminos.

Item quando a grauamine vel interlocutoria sententia vel per viam inquisitionis causa cōmissa est alicui auditori tūc ille auditor statim inhibere potest auditori camere vel alteri cōmissario in curia vel extra eam sed non coauditori suo vel alicui ex dñis cardinalibus: quia illis non inhibetur nisi seruatis terminis in appellatione in grauamine vel interlocutoria seruari solitis de quibus supra. ꝛ tunc in termino ad impugnandum et iustificandum citari potest pars illo termino seruato ad videndum inhiberi ad statim. ꝛ tunc parte vocata debet decerni inhibitio.

¶ Taxatio expensarum.

Item nota ꝙ expēse nūq̄ꝫ petunt̃ taxari nisi qñ sunt tres sñie late vel quan-
do prima vel scd'a trāsiuit in rem iudicatā ⁊ tūc iudex q tulit sniam vł sur-
rogatus ei⁹ debet taxare expeñ parte vocata ad statim vel ad primā: ⁊ nō taxā-
tur expeñ in Ro. cu. nisi pro cōmissionib⁹ simplicibus nō cōsistorialib⁹ ꝓ curso-
ribus pro aduocatis si aduocatus est in causa. ⁊ cautū est ꝙ aduocatus scribat
aliquā scripturā que ꝓducit̃ in iudicio al's nō taxarent̃ expeñ pro eo nisi hoc ꝓ
baret̃ ⁊ deduceret̃ ⁊ expeñ ꝓ ꝓcuratore ⁊ pro notario. Et iste expeñ peti debēt
et taxari per cedulas scd'm ordinationē Ro. pontificū. scd'm tamē reformatiōeꝫ
Martini pape quinti in cedulis porrigeñ iudicibus. ⁊ quādo vna vel due sentē-
tie sunt late in partibus: vel ꝙ pars vult ꝙ vnus auditor taxet oēs expēsas hoc
obtineat ⁊ coloret per cōmissionē quia alias auditor siue iudex non pōt taxare
nisi expeñ factas in instantia coram ip̄o habita.

¶ De terminis substantialibus.

Item sciendū est ꝙ in causis bn̄ficialibus ⁊ summariis nō sunt nisi quattu-
or termini substātiales. s. ad articulādū. ad dicēdū cōtra articulos. ad ꝓdu-
cendū oīa. ⁊ ad dicendū cōtra ꝓducta. alioꝝ terminoꝝ obmissio nō reddit pro-
cessum nullū. In ꝓphanis tñ siue pecuniariis causis multi alij termini sunt sub-
stantiales vltra p̄dictos quattuor. s. ad libellandū: ad respōdendū libello: ad litē
contestandū. Item ad cōcludendū. qui tñ ꝓnūc etiā in beneficialibus oēs atten-
te seruant̃ excepto termino ad respōdendū libello.

¶ De grauamine.

Item nota ꝙ qñ in Ro. cu. alicui auditori cōmissum est aliquod grauamē ⁊
negociū principale principaliter non autē in euentū puta quia appellat' uꝫ
est in partibus vel ab auditore camere ad curiam. ⁊ cōmissa est causa appellati-
onis grauaminis vel interlocutorie vna cū negocio principali. quia tūc de mo-
re curie est licꝫ sit cōtra ius ꝙ iudex appellationis in curia etiā si ꝓnūtiat ma-
le appellatū ⁊ bene ꝓcessum. nō tamē remittit causam ad iudicē priorē sed reti-
net eā determinādo in curia. vel qñ causa grauaminis et negocij principalis est
auocata ab vno ⁊ cōmissa alteri. vel qñ appellatū est a grauamine et interlocu-
toria ⁊ diffinitiua simul ⁊ vni cōmisse sunt cause hm̄ōi. tūc nisi grauamē sit incō-
patibile siue cōtrarium ꝓcessui et negocio principali seruari pn̄t termini simul
et semel in grauamine ⁊ negocio principali de stilo curie. secus est de iure.

¶ De materiis obiectiuis.

Item nota ꝙ materie obiectiue qñ dantur principaliter per viā positionū
et articuloꝝ. semp dande sunt in termino substantiali ad dicēdum̃ contra
producta ad tardius. licet bene dari possint per viam exceptionum cōtra iura
partis alterius semper dari possunt in termino ad hoc statuto: ⁊ tales materie
obiectiue quales sunt que impugnant ius partis aduerse ⁊ impugnant ius pro-
prium sunt specificande in tempore et loco et in aliis circumstantijs. sicut supra
dictum est in libello accusationum.

¶ Appellatio a diffinitiua.

Item nota ꝙ quādo appellat̃ a diffinitiua non est necesse exprimere aliquā
causam in appellatiōe. nec qñ appellat̃ a sñia habente vim diffinitiue vt est
sentētia super attemptat'. sup desertiōe. sup nullitate. ⁊ plures similes que non

spectāt aliam diffinitiuā post se respectu desertionis sue licet ordinatū ꝛ cautū sit ꝙ in illis si ꝓcurator velit aliquā causam exprimat saltim in genere.

¶ Circa dilationes ꝓbatorias.

ITem circa dilationes ꝓbatorias ꝛ alias que dant̄ in causa est sciendum ꝙ si aliquis conueniret̄ in Ro. cu. tūc nisi causa prius sit deuoluta ad curiam per appellationē aut si ipe est legatus aut nuntius alicuius dñi tunc habet ius reuocandi domū nisi conueniret̄ super cōtractu facto illo tpe quo nūtius fuit alias datur sibi tempus siue inducie ad habendū iura siue defensiones de partibus. ꝛ interim supsedet̄ in causa. et illud tempus dat̄ magnū ꝛ paruū secundum distantiam loci a curia Ro. ad locum domicilii illius qui cōuenitur. ¶ Et nota ꝙ ista dilatio ad habendum iura non solum datur ad habendum iura ipius rei qui cōuenitur: sed etiam ipi reo datur ad habendū informationē et defensionē contra iura partis sibi aduerse. et ideo sepius viget practica. nō obstañ ꝙ actor dicebat se velle confiteri gratiam ꝓcessum acceptionem ꝛ ꝓuisionē vel alia iura rei. Nihilominus reo dabuntur inducie si ipse allegabat se velle habere informationem et defensionem contra iura partis aduerse. et in hoc sit cautus procurator vt sic petat.

¶ Item nota circa dilationes ꝓbatorias ꝙ omnes dilationes ꝓbatorie iudiciales sunt arbitrarie per auditorem vel iudicem preterq̄ʒ qñ excipit̄ de excōicatione. ibi enim iura dant terminū octo dierum ad ꝓbādū qui termin⁊ incipit currere postq̄ʒ exceptiones admisse sunt ad ꝓbādum. etiā cōiter super articulis de iure in pŕima instantia ad ꝓbandū dantur xv. dies. in secūda instātia octo vel decem. in tertia similiter sex vel octo. aliqñ decem. aliquando plures aliquādo pauciores dies secundū ꝙ placet auditori vel iudici.

¶ Occasione hereditatis.

ITem est notandū ꝙ si vis aliquē cōuenire occasiōe hereditatis anteq̄ʒ porrigas libellum facias vnam paruaʒ petitionem in qua sine interrogatione contineat̄ ꝙ iudex interroget reum an sit heres defuncti cuius noie cōuenitur an sit solus vel ꝓ parte ꝛ ꝓ qua parte. Itē quādo aliquis cōuenit̄ rei vēdicatione vel quacūq̄ʒ actiōe reali semꝑ si pars rea vel eius ꝓcurator est pñs in curia facias eā interrogari an possideat ꝛ tenebit̄ rñdere ꝛ istud multum releuabit te alias eni si quis cōuenit̄ possessor alicui⁊ rei. s. beneficij siue alteri⁊ licʒ ipe patiatur iudiciū ex hoc nō posset condēnari vt possessor ad dimittend possessionē. nec in fructib⁊ condēnari nisi ꝓbet̄ possessor. ꝛ istud no. quia sepissime venit in practica ꝛ multi in hoc errare solent. Et hoc idem tenet Specu. in ti. de interroga. que fiunt ante lit. contest. in §. ergo pone.

¶ Super spolio.

ITem nota ꝙ qñ aliquis super spolio beneficij siue possessorio siue iudicio recuperande possessionis agit. aut agit in causa ꝓphana et tunc non est necessarium ꝙ producat aliquem titulum siue aliquod ius sed sufficit sibi ꝙ probet se possedisse et alium nūc possidere. In causa vero beneficiali siue matrimoniali vel aliqua alia non potest haberi possessio iusta sine titulo. ideo in iudicio recuperande possessionis oportet ꝙ agens ꝓducat titulū suum vel saltem summarie verificet illū. secus si beneficiatus non dicat se spoliatū bñficio sed fructibus beneficij in toto vel in parte aut aliqua possessione vel iure bñficij. tūc eni

non requiritur q̄ pducat titulum sed sufficit q̄ pbet se possidere beneficiū cuius nomine agit. et sic etiam talis causa non est beneficialis respectu pcessus ꝛ obseruatiōe terminoꝝ sed termini seruādi sunt sicut in causa prophana. ꝛ nota circa hoc etiā q̄ in causa spolii siue possessiōis recupande vbi ius cōe facit pro reo et cōtra actorē licet nō sit cā bn̄ficialis vl' matrimonialis oportet q̄ agens producat titulū suū vel prescriptionē tāti tpis q̄ in memoria hoim cōtrariū nō existat ꝛ pbet. ꝛ iste est casus in. c. ad decimas. de resti. spo. li. vi.

¶ Super titulo beneficii.

ITem nota q̄ licet qñ agit' super titulo beneficii siue petitorio siue possessorio pceditur summarie sine lit. cōtest. vt sup̄ dictū est. Secus qñ agitur de proprietate beneficii puta si vna ecclesia dicit sibi aliā ecclesiā vnitā idem si agitur super aliqua re vt iure particulari spectante ad beneficiū. Et circa hoc vidi dubitare. ¶ Quid si vnus dicit se habere titulū in beneficio ꝛ alius beneficiū beneficio suo incorporatū an pcedatur summarie vt in causa bn̄ficiali vel plenarie vt in pphana. Istud sepe occurrit in practica quia ex alia parte causa bn̄ficialis est ex alia pphana. Egidius de bellonū. dicit in dictis suis q̄ illa causa regulanda est scdm materiam actionis actoris vt si actor agit vt de titulo beneficii erit summaria si de proprietate erit cognitio plenaria et hoc bene pbat. Et si actor agit vt de proprietate beneficii actio sua erit plenaria et seruabuntur termini vt in pphana et reconuentio rei poterit esse summaria se deducenti principaliter ius suum.

¶ Cui commissum est pcuratorium.

ITem sit attētus pcurator habens causam aliquā in curia cui cōmissum est procuratoriū generale q̄ illud nō pducat in iudicio nec cum ptestatione. nec sine ptestatione sed tradat ipm alicui amico suo qui eo presente illud tradat notario quia alias nō reciperet illud notarius ꝛ tunc ille pcurator presens dicat ego intelligo me constitutū generaliter per talem ad multas causas ꝛ negocia ego intendo solum onus recipere in ista causa pendente coram illo domino auditore ꝛ non aliis ꝛ in ista solum accepto onus. et substituo si vult substituere ꝛ vna cum substituto agere. A. B. ꝛ. C. transfero onus in eo ꝛ protestor q̄ nihil fiat nisi me ꝛ eis vocatis. si solum vult substituere dicat in publico. ego solum accepto onus ad substituendū ꝛ non alias ꝛ substituo talem ꝛc̄. Et ista doctrina ideo datur. quia si pcurator per se pduceret procuratoriū videretur acceptasse onus quo ad omnia contenta in illo. nec postea posset se exonerare. et iste est casus in cle. ex litteris. de pcurat.

¶ Diffamatio pcuratoris.

ITem nota q̄ nihil est qd' tantū diffamat ꝛ inhonestat pcuratores sicut q̄ ipsi dimittunt appellationes deleri per neglientiam. ꝛ hoc contingit p duplicem viam in appellatione a diffinitiua. Primo auditores et iudices communiter dant terminum decem dierum ad prosequendum. et tunc infra illos decē dies appellans debet facere committi causam alicui alteri iudici vl' auditori et facere presentari commissionem. q̄ si hoc non poterit vel sibi non expedit tunc vadat ad cancellariā cū notario ꝛ habeat cōmissionem duplicatam et vnā tradat ad manus vicecancellarii vel regentis cancellariam aliam tradat notario vl' in absentia vicecācellarii vel regētis ponat eā in capsa vbi tales cōmissiones

ponuntur. z aliam cōmissionem det notario predicto z faciat fieri instrumentum diligentie predicte infra decem dies. ꝙ si ista nō facit procurator appellantis deseritur appellatio.

¶ Sublata causa desertioñ.

Item cōmissa causa z sic sublata dicta desertione infra .x. dies vel facta protestatione vt supra tunc istud est cōmune ꝙ in appellatione a grauamine vel interlocutoria vbi nullus terminus prefigitur saltem in curia. tunc omnes termini debent seruari infra annum a die appellationis interposite. z debet dari petitio per procuratorem appellantis. vt in deci. rote. cccx. in antiquis. z hoc nō sufficit nisi protestetur infra annum de diligentia sua. Videat ꝙ petat causam expediri in iustitia primo secundo tertio instanter instantius z instantissime. z ꝙ nō stat per eum quo minus expediat̃. z protestetur de diligentia sua. et hanc protestationē quia notarij sepe sunt negligentes scribat per se in domo et producat in iudicio z per plures dies ante lapsum termini primi anni ꝓducat eam. Eodē modo faciat in secundo fatali z in tertio. al's nisi in primo fatali oēs termini sint seruati data petitione z facta protestatione hmōi appellatio est deserta. Et similiter nisi fiat protestatio in secunda instantia nō obstante diligentia premissa primi fatalis etiam appellatio deseritur. z ista est maior verecūdia quā procurator habere potest si deserit appellationē. Si ꝟo procurator indiget remissione ad partes in secunda instantia tunc seruet terminos z super articulis z exceptionibus datis in prima instantia vel etiam illis z nouis tunc datis si expedit petat sibi decerni remissionem citius quo potest z illā petat in iudicio. z illam petitionē det in scriptis: quia notarij sepe indebite scribunt. z in eadē cedula qua hoc petit̃ protestetur ꝙ nō stat per eum quo minus remissio non decernatur z remittat̃ ad partes z expediatur z reportetur vt causa expediatur in primo fatali z nō deseratur appellatio sua. Qđ si secus factum fuerit protestat̃ ꝙ nō stat per eum sed per iudicem vel partem aduersam.

¶ De publicatione dictoꝝ testium.

Item in publicatione dictorum testium procurator teneat hanc cautelā ꝙ quando testes producuntur per partem aduersam nihil protestet̃ contra eos sed taceat. al's si aliquid pro eo deponerēt nō prodesset sibi. sed postq̈ sunt examinati si vellet eoꝝ dicta facere publicari tunc vocata parte ad audienduꝫ voluntatem iudicis super publicationē predicta primo anteq̈ aliquid petat de publicatione premittat protestationem quā scribi faciat per notarium vel secū portet cedulam in scriptis protestatioñ dicendo. R. p. d. auditor. Ego protestor ꝙ intendo opponere contra personas z dicta testiū per partem aduersam productorum in hac causa qua protestatione premissa peto mihi publicari dicta testium exaduerso productoꝝ z terminum statui ad dicendū contra. Et si timet ne iudex concludat z sententiam ferat habeat secū appellationem paratā a non publicatione z nō prefixione termini hmōi.

¶ Qñ causa bñficialis deuoluit̃ videnđ est ne processus ruat.

Item nota ꝙ nisi bene aduertas multi processus ruent. quando autē causa beneficialis per appellationem deuoluit̃ ad Ro. cu. tunc ius dat vnū mensem appellato ad preparandum deinde tempus arbitrarium. i. tempus quantū homo indiget veniendo ad curiā de illo loco vbi appellatū est. z deinde .xx. dies

ita anteq̄ꝫ procedi posset in causa oportet expectare per mēsem per tempus ar-
bitrarium· ꝛ per xx· dies· Et si ante proceditur processus est nullus ꝛ istud nota
tur ꝛ probatꝰ ex· c· i· de elect· li· vi· ꝛ· c· cupientes eo· li·

¶ De materia obiectiua·

ITem no· ꝙ materie obiectiue debēt dari in termino substātiali ad dicēdum
cōtra producta postea vero date nō admittūtur· Sed si in illo termino nō
dederis ꝛ postea velis dare talem tenebis cautelam· seruabis articulos sup gra-
tia si neutri etiam si nullam habeas ꝛ tunc ad omnes meliores fines ꝛ effectum
deduces talem materiam ꝛ admitteꝛ cū aliis si probari posset· vel dabis instru-
mēta ꝓbātia illā materiā ꝛ postea articulos pro verificatione et repetere debes
illa instrumenta·

¶ Quando quis absoluitur ab instantia iudicii·

In causis vbi pars absoluiꝛ ab instātia iudicii ꝛ obseruatiōe terminoꝝ·

¶ Nota ꝙ quando aliquis causam aliquā cōmitti obtinuerit et eiusdem com-
missionis vigore partē citare ꝓcurauerit ꝛ post citationē huiusmōi pars impe
trās causam hmōi ꝓsequi nō curauit extūc pars rea ꝛ citata cōparens faciat ci-
tari partē impetratā ad ꝓcedendū ꝛ procedi videndum prout de iure primo ad
primam diem· deinde secundo ad idem etiā ad primā diem· ac subsequenter ad
idem tertio· et postremo ad idem quarto ꝛ ex supabundāti ad ideꝫ etiā ad pri-
mam diem alioquin ad videndū et audiendum se videlicet partem cōtra quam
cōmissio impetrata est absolui ab instantia iudicii ꝛ obseruatiōe terminorū in
quo termino pars dabit petitionē suā ꝛ iudex iuxta formā eiusdē quādo delibe-
ratus fuerit potest ꝓnuntiare ꝛ cōdēnare partē aduersam in expensis·

¶ Et qm̄ lites sup quibusuis causis beneficialibꝰ ꝓphanis ꝛ aliis que ꝓ tēpore
per quascūqꝫ ꝑsonas ecclīasticas vel seculares in Ro· cu· aplīca cōmissione mo
uentur atqꝫ tractanꝛ intēdimus fieri breuiores ꝛ vt litigantes ad ipsam curiam
pro defensione suoꝝ iuriū veniētes ꝛ hmōi causas prosequeñ releuenꝛ a laborī
bus ꝛ expensis· Statuimus ꝛ ordinauimus ꝙ in causis in quibus de iure vel ali-
as per rescriptū siue cōmissionē proceditꝛ summarie simpliciter ꝛ de plano ac si
ne strepitu ꝛ figura iudicii talis ordo seruetꝛ videlicet ꝙ fundata iurisdictione
in prima instantia cause principalis terminus seruetur ad libellādum ad primā
diem ad iurandum de calūnia ad idem ceteri seruenꝛ prout in precedēti tracta-
tu plenius habetur tam in secunda q̄ꝫ in tertia instantia· verum tamen termini
ad articulandum dicendum cōtra articulos ꝓducendū omnia et dicendū con-
tra producta de substātia iudicii censeanꝛ existere statuimus atqꝫ decernimus
ꝙ ipsorum obmissio reddat eoipso ꝓcessum nullum· alioꝝ vero terminorū ob-
missio alicuius dum tamē maliciose nō fiat· sed tamē aliquo cōtingeñ ꝓcessum
non vitiat· In aliis autē causis in quibus ꝓceditur in figura iudicii seruenꝛ etiā
termini secundum modum in predicto tractatu notatum·

¶ De modo deuoluendi causam in partibus ad curiā
per appellationem in partibus interpositam·

SCiendum est ꝙ quando appellatio interponitur in presentia partis prin
cipalis idest partis appellate vel eius legittimi procuratoris tūc causa eo
ipso est deuoluta· dūmodo sup hoc appareat ꝑsens cū instrumento cōfe
cto et constet de mandato ꝓcuratoris· Sed si appellans ꝑsentiam principalis

partis id est partis appellate cōmode habere non potest circa appellationē in-
terponendam· ac vt causa bene deuoluat̄ seruabit appellans hūc modum· vide-
licet ꝙ faciat appellationem suam in scriptis in bona forma· qua facta accedat
ad notarium publicum in presentia testium ⁊ legat appellationem hmōi de ver
bo ad verbum· ⁊ lecta petat apl'os instanter sibi dari si est aliquis qui velit da-
re ꝓtestando ꝙ si partis appellate presentiam cōmode habere posset velit sibi
legitime intimare ⁊ insinuare appellationē predictam ⁊ super hoc petat instru-
mentum publicum· Et hoc facto idem appellans tenetur intimare et insinuare
hmōi appellationem parti appellate seu eius procuratori si ipsorum aut alte-
rius eorundem presentia cōmode haberi possit infra mensem post interpositi-
onem dicte appellationis vel post mensem quanto citius potest· Circa quā in-
sinuationem hmōi appellationis seruabit hūc modum· videlicet quia appellās
assumet sibi notarium publicum ⁊ testes ⁊ accedat ad partem appellatā vel ad
ipsius procuratorem si ipsorum vel alteriꝰ eorum presentiā habere potest· alio-
quin ꝓtestando de ipsorum absentia hmōi appellationem per ipm ante inter-
positam vt premittitur per notarium publicum legi ⁊ publicari parti appella-
te faciet seu eius procuratori legitimo ⁊ copiam hmōi appellationis tradat re-
quirendo notarium vt super premissis publicum conficiat instrumentum· alio-
quin si illius partis vel ꝑcuratoris eiusdem presentiam habere non poterit tūc
si causa fuerit beneficialis expedit ꝙ in loco beneficii super quo agitur vel in lo
co vbi pars appellata beneficiata fuerit infra missarum solennia vel quādo di-
cuntur hore diei in loco beneficii vel partis appellate in presentia duorū bene-
ficiatorum in ipsa ecclesia per partem appellantem vel eius ꝑcuratorē aut per
notarium publicum legatur publice· ⁊ pars appellās petat apl'os instanter ni-
hilominus ꝙ si partis appellate presentiam haberet eidem appellationē hmōi
insinuaret· ⁊ sic similiter faciet in domo appellati si cōmode ⁊ tute accedere po
terit ad domum· Sin autem in ecclesia cathedrali in loco beneficii et in ecclesia
parrochiali sub qua deget ⁊ morabitur· ⁊ bonum est affigere copias earū in val
uis ecclesie ⁊ etiam in domo habitationis partis appellate· ⁊ alias adhibere ta-
lem diligentiam circa insinuationē hmōi appellationis qualis adhibēda est in
executione citationis legitime in partibus faciende· Si pars appellās prosequi
noluerit appellationem suam et pars appellata vellet prosequi eam in Roma-
na curia expedit ꝙ pars appellata instet pro copia habenda appellationis sub
forma publica notarii· s· ipsius qui instrumentum appellationis cōfecit· ꝙ si il-
le notarius negauerit sibi tradere copiam illiꝰ sub publica manu· accedat pars
appellata ad officialem curie episcopalis vel ad alium iudicem super hoc pote-
statem habentem vt compellat notarium ad tradendum copiam ꝓducendo in-
strumentum originale appellationis predicte ⁊ citari faciat appellantem ad vi
dendum dictam copiam appellationis illius sub manu publica tradi ⁊ dominꝰ
interponēdo decretum dūmodo presentiam partis appellantis habere potest·
Sin autem in ipsius notarii presentia petat sibi decerni copiam appellationis
illius sub manu publica et dominus interponendo decretum suum mandet no
tario presenti ꝙ scribat copiam illius appellationis sub manu publica quia ha-
bita pars appellata potest prosequi appellationem in curia et causa cēsetur ad
curiam deuoluta·

¶ Secundus Tractatus.

Um a personis que digniores ipsis rebus sunt. vt institu. de iure natu.
gen. ꝛ ciui. §. si. premittendum est ꝛ sciendum ꝙ in quocūqꝫ iudicio seu
arbitrio quattuor persone sunt necessarie. s. iudex. actor. reus ꝛ notari/
us. vt. c. forus. extra de ver. sig. ꝛ. c. quoniā contra. de proba. ꝛ interdic. test. vel
alia probatio loco testiū. vt. c. i. iiij. q. iiij.
¶ Itē sciendū est ꝙ actor est ille qui petit vel agit. Et reus est ille q defendit se.
Iudex est superior eoꝝ ordinarius vel delegatus. vt extra de offi. dele. ꝑ to.

¶ De oblatione Libelli.

Item est sciendū ꝙ actor dat. i. tenetur dare suum libellum in scriptis. pre/
sertim in causis arduis. vt in. c. de libel. obla. narrantem factum suum ꝛ cō/
cludentem. vel petitionem verbalem in qua pariter narret ꝛ ɔcludat. vt in au/
cten. offeratur. C. de li. contest. ꝛ. §. offeratur. iij. q. iij. ꝛ notari⁹ seu scriba per iu/
dicem deputatus eam recipiat ꝛ teneat. ꝛ etiam omnia alia que per partes ipas
vel earum procuratores vel aduocatos seu alios nomine earū ꝛ pro eis seu iu/
dicem dicuntur. vt in. c. quoniā contra. de proba. ꝛ redigit in actis. ꝛ debet con/
tinere libellus seu etiam verbalis petitio quinqꝫ. s. quis petit. a quo petit. quid
petit ꝛ causam quare petit. ꝛ hoc in actione personali. In reali vero designatio
nem conformem iuxta. l. si in rem. ff. de rei vendi. confirmationis. Unde versus:
Quis quid coram quo quo iure petatur ꝛ a quo. Recte compositus quisqꝫ libel
lus erit. Hos versus ponit textus cum glo. in. c. i. extra de libel. obla. Et interdū
ipse actor dat libellum articulatum per positiones ꝛ articulos ꝛ in fine dat cō
clusionem. ꝛ vlterius in fine petit responderi per reum inquantū dicit in libel/
lo seu petitione iustitiam sibi ministrari implorando iudicis officium in his in
quibus fuerit oportunū. quod est latissimū in. l. i. ff. de. iur. om. iu.

¶ De petitione copie Libelli.

Reus vero citatus prius per seruientem vel curatū vel alium nunciū iura/
tum vel alias in iudicio repertus petit copiā libelli vel petitiones contra
eum oblatoꝝ vel articuloꝝ contra eum datorum ꝛ diem ad deliberandum an
debeat cedere vel contendere ac quid ꝛ qualiter debeat dicto libello responde/
re sibi assignari ꝛ iudex eundem terminū sibi assignat. nec debet vel potest sibi
hunc denegare ad. i. ablatū. anten. offeratur. ꝛ dat sibi dilat. oportet ꝙ ad octa/
uam vel interdū ad primā diem iuridicam si tale negociū requirit celeritatē. vt
cum agitur de alimentis prestand vel reparatione vel sustentatione dom⁹ rui/
nose minantis ruinam ꝛ datur damnū nomini vicini vel arrestatione hominis
fugitiui ꝛ similiter vel aliter scdm stilum curie.

¶ De litis contestatione.

Item adueniente dicta die ipsi reo prefixa ꝛ assignata si nō cōpareat actor
nec reus talis terminus circumducit. id est stat sic in suspenso ꝛ nihil aliud
fit exquo neuter comparet. Si vo actor nō comparet nec ꝓcurator pro eo tūc
reus absoluat ꝛ actor in expensis per reum factis condemnet. vt in. c. i. de dolo
ꝛ contu. li. vj. nec amplius actor auditur nisi prius predictis expensis solutis et
data cautione ꝙ de cetero in causa compareat ꝛ eam prosequatur. vt. c. actor.
pral. Si aūt nō comparet reus sed actor tunc per actorem defectus vel contu.

macia contra reum accusatur et conceditur p iudicem vlterior pcessus si nō se excuset reus aliquo legitimo impedimento·quia tūc habetur pro excusato·quia legitimū impedimentū semp excusat p cōia iura:vtputa si esset captus vel infirmus vel per superiorem suū detentus vel per hostes z similia·tunc assignatr sub alia dilatione competeñ·s·ad primā vel aliam secundum distantiam viaꝝ z cause ac tempoꝝ z patrie ac personaꝝ qualitatem:z hoc est ad arbitrium iudicis· facit ad hoc·c·finale de transac·z·c·cum sit·de appell·Die aduenēte comparente actore requiratur reus vt rñdeat libello actoris cum rñdere tenetur vel cām dicere quare rñdere non tenetur·z ad hoc terminus sibi assignatur ad aliquam diem sequeñ·nec hoc potest sibi denegare : quia die adueniente debet ipse reus vel eius pcurator p eū in principio cause vel post in iudicio vel ex constitutus legitime qui onus assumpsit vel p eius aduocatū dare in scriptis vel pponere verbo exceptiones quare non tenetur rñdere libello ipsius actoris cōtra eū dato:vtputa quia ipse libellus est nimis generalis indebite specificās vel incertus obscurus vel alternatiuus negatiuus seu captiosus·vel dicere q actor est excōicatus maiori excōicatione·sic nō pōt agendo stare in iudicio·z iste z siles exceptiones sunt dilatorie·vel possit opponi exceptio declinatoria:vt qr est clericus conuentus in iudicio seculari super actione reali de quo in illo iudicio nō tenetur rñdere·vel quia est laicus cōuentus in iudicio ecclesiastico : vt·c·cām·ij·qui filij sint legitimi·vel in actione personali vbi non est iuratū:z similia· z nisi consuetudo curie haberet q laicus super bona fide pōt ibi conueniri q valet et petat se remitti suo iudici competenti·z iste exceptiones declinatorie vel recusationes iudicis fieri pñt z pponi vsq ad lit contē·exclusiue·Sed tuti? est q in principio z in prima dieta vel in secūda proponatr per cōia iura presertim recusatio iudicis:quia si consensisset in aliquē actū qui nō potest fieri per iudicē vel corā eo nō posset postmodū talem iudicem recusare·quia quem semel approbaui nō possum expost reprobare·c·i·de iudi·z·c·cuius in agēdo·iij·q·viij·cum si·ad hoc c·inter monasteriū·z ibi glo·ple·que incipit quicūq·ex de re iudi· z facit·c·infirmitate·de offi·dele·vbi dicitur q post lit conte·ex causa mouetur super euentu· vel ad eius notitiam deducta pōt iudex recusari·vel etiam potest opponi cōtra talem libellum vna cum tribus exceptionibus peremptorijs·s·de lite finita vel transacta vel iudicata vel concordata vel pactū de non petendo factum p actorem reo vel solutionē si imponitur offeratr·als non impedirent iste due responsionem seu lit contestationē·vt in·c·i·de lit conte·li·vi·z si·Et casu quo dederit reus exceptiones contra dictum libellum·vel posito q det si non fuit sufficienter illis responsum per iudicē ordinabitr fore rñdendum dicto libello per reū nō obstantibus exceptiōibus in oppositum·z monebitur per iudicem ecclesiasticū vt rñdeat sub pena excōis·q si non rñdeat excōicabitur pro cōtumacia z inobedientia z per iudicem secularem pignoribus vel alia pena arbitraria ad respondendum constringitr·vt·c·tua·extra·vt lit non conte·cum si·Et tunc respondebit reus affirmatiue vel negatiue dicto libello vel petitioni cōtra eū dat concedendo cōtenta in eo vel ea negādo:dicendo sic·Ego dico narrata put narrant z contenta in dicto libello non fore vera neq petita fieri debere animo litē contestandi·Et per modos predictos z rñsionem factā libello affirmatiue vel negatiue fit litis contestatio que est fundamentum principale totius processus·et ea

obmissa ꝓcessus est nullus· et ex tali ꝓcessu nulla sentētia debet ferri nec sequi· imo ꝓpter nullitatē ꝓcessus iudicaret̃ sentētia nulla· vt· c· i· extra de lit̃ cōte· vt ibi in· c· dudum· ii· de elect· nisi fiat toti petitioni vel libello vt ibidē qui libellus est tanq̃ totū vel genus· ⁊ positiōes ⁊ articuli sunt tanq̃ pars ⁊ species descendentes ex libello· vnde vide pleniorē differentiā inter libellū ⁊ articulos·

¶ De iuramēto calūnie·

Deinde primo litis conte· statim prestat̃ iuramentū calūnie si actor hoc requirat· ⁊ idem si reus hoc requirat· vnde si actor recuset cadit a causa· qa presumitur eo ip̄o ꝙ iurare recusat ꝙ foueat causam iniquā· Si vero reus recuset illud prestare condēnari potest· quia nō presumitur habere iustā causam defendendi ⁊ haberet̃ pro confesso· vt· c· fi· de iura· calū· potest tn̄ tacite obmitti si nō petatur p̄stari vt c· i· §· i· e· ti· li· vi· Et si petat̃ prestari ⁊ nō prestatur ꝓcessus est nullus· vt ibidem· Et ideo cauillosi aduocati petūt illud p̄stari in fine libelli vel alicuius exceptiōis vel scripture· Et si per aduersarium nō prestet̃ ꝓcessus iudicabit̃ nullus: ⁊ condēnabit̃ ille qui recusauit prestare in expeñ toti⁹ ꝓcessus vnde illud iuramentū calūnie continet quattuor vel quinq̃· Primo ꝙ actor iuret ⁊ etiā reus ꝙ credit habere iustā causam· Itē ꝙ nō vtet̃ falsa ꝓbatiōe· Item ꝙ si interrogatus fuerit respondebit veritatem de his que sciet· Itē ꝙ nō corrūpet iudicē neq̃ testem· Item ꝙ nō petit frustratoriam neq̃ maliciosam dilationem· vnde versus· Illud iuret̃ ꝙ lis sibi iusta videt̃· Et si queretur verū nō inficietur· Uel lis tardet̃ dilatio nulla petetur· Nil ꝓmittetur vt falsa ꝓbatio det̃· Et si quid detur dabitur vt lege cauet̃· Hos versus ponit glo· in· c· i· extra de iura· calū· vnde debet prestari per partes principales vel per ꝓcuratores priuatorum personarum per iconomos ecclesiarū: per sindicos vniuersitatū ꝧhabētes ad hoc specialē potestatē· c· fi· de iura· calū· li· vi· alias ad hoc iuramētū prestandum nō deberent admitti· vt dicitur ibidem·

¶ De iuramento malicie·

Item sciendū est ꝙ est aliud iuramentū quod dicitur malicie· s· qñ iudex videt partem aliquam vel ꝓcuratorē peteñ dilationē frustratoriam faciat illum iurare an hoc petat ex malicia ⁊ in similib⁹· et illud iuramentū potest exigi et debet prestare in quacūq̃ parte litis quandocūq̃ requirit̃ a iudice in causa principali ⁊ etiā appellationis· vt in· c· ii· decisoriorum· supra qd̄ dat̃ a parte parti et quando pars videt ꝙ nō potest ꝓbare suam intentionem in totū siue sit actor siue sit reus vult stare iuramento partis aduerse vel iurare· hoc non potest recusari· vt· l· manifeste· C· de iureiuran· que dicit ꝙ manifeste turpitudinis est nolle iurare vel nolle deferre· Uel quādo pars altera habet semiplenam ꝓbationem per se· s· vnum testem qui nō facit plenam ꝓbationē· tunc iudex dat iuramentum illi parti habenti talez testem vel interdū aduersario suo inspecta qualitate personarum ⁊ qualitate ⁊ quantitate cause· hoc est sibi arbitriū cui illud cōmittat· l· bone fidei· de re· cre· ⁊ ff· de iureiuran· l· iusiurandum· et· c· fi· extra de iureiuran· Et ista iuramēta dicuntur decisoria· quia decidunt litem in defectu aliarum ꝓbationum· ⁊ est magnū releuamen ꝓbationum ⁊ maxime efficacie et magnum remedium ad lites faciliter decidendum ⁊ terminandum· que debent cito decidi ne sint immortales· quia partes per eas releuantur a laboribus ⁊ expensis et multis aliis damnis et incōmodis liberantur· vt· c· fi· de dolo ⁊ contu·

et·c·vt litis conte·extra de offi·ordi·li·vi·

De positionibus z articulis·

Post iuramentum calũnie prestitum petit actor terminũ ad ponendum et articulandum·i·ad dandum positiões z articulos·et sibi datur cõiter in Ro·cu·prout superius in alio tractatu declaratum est de terminis et actibus· sed iste terminus olim solebat teneri ad·xxx·in causis ciuilibus·in aliis vero inferioribus·s·ecclesiasticis z beneficialibus ad·xx·In alijs causis inferioribus datur cõiter ad·viii·vel alias scdm stilum curie z qualitatem negocij:z partium z distantiam locorum vel longior arbitrio iudicis·vnde positiones debẽt formari ex materia libelli que in prioribus ampliatur vt magis q̃z in libello declarat̃ specificatur z extendit̃·Quibus in iudicio dat̃ contra reum petitur responderi eis per reum qui petit copiam z sibi datur · et terminus sibi assignatur ad respondendum eisdem simpliciter·Qua responsione facta petit actor responderi medio iuramento·et reus petit primo ipsos articulos adiuuari et asseri per actorem medio iuramento singulariter et diuisim alias reus nõ tenetur respõdere medio iuramento eisdem·c·presentium·de testi·li·vi ·quia non debẽt actor z reus ad imparia iudicari·id est non licet vni quod non liceat alteri·ca·i·et·ii· de mutu·peti·et in regula non liceat·de regulis iuris·li·vi·Et etiam ex alio quia partes principales que melius sciunt et scire presumuntur veritatem debẽt asserere et respondere scienter in capitulo pastoralis·de iudi·et·l·fi· C·de procuratan q̃z legaliores·quia interdum procuratores solẽt cauillare z veritatem occultare vel celare z ipsis assertis cum iuramento per actorem p̄sentem vel eius procuratorem instructum primo per actorẽ p̄sentem cum iuramẽto aut per procuratorem cum speciali mandato de sic asserendo·tunc reus respondet z responddere cogitur dictis articulis cum iuramento suo·Qua responsiõe facta vel visa per actorem si non respondit omnibus vel non respondit sufficienter et clare cogitur iterum respondere illis actore hoc requirente p remedia iuris·s· per iudicem ecclesiasticum per sentẽtiam excõmunicationis vel per iudicem secularem·per arrestationem persone vel pignorum suorum captionem vel pene pecuniarie impositionem·vel alias penas arbitrarias·Tamẽ si reus post iuramẽtum veritatis vel calumnie prestitum iussus a iudice respondere non respõdet z si contumaciter recederet haberetur pro confesso·vt·c·ij·de confes·libro sexto Tamen positioni negatiue non tenetur respondere · nisi equitate suadente iudex eam duceret admitteñ·vt·c·i·de confes·libro sexto · quia qui negat nihil ponit·z ideo negatiua positio vix potest probari·ideo dicit in·c·veniens· extra de vbo signi·q͛ plus credit̃ duob? testib? idoneis ɔcordibus super affirmatiua q̃z centum super negatiua·quia negantis factum nulla est directa probatio per rerum naturam·in·c·quoniam contra·de probati· in principio· et in·c· bone· i·de elect·vltra medium·

De admissione articulorum z ꝓductiõe testium·

Deinde actor admittitur ad probandum suos articulos et positiones sibi negatas per reuz et tunc potest ꝓducere parte absente vel ea vocata z aduersa presente in eius contumaciam testes vel instrumenta et citantur testes et citati producantur per ipsum actorem et recipiuntur per iudicem et iurati debent deponere veritatem quam sciunt seu nouerint in ipa causa· z nõ de

bent venire spontanei seu voluntarii sed rogati vt auctenti·Rogati·de testibus
·C·quia tunc se ingererēt et essent suspecti·l·Quia omnia·ff·de ꝓcu· vbi dicitur
ꝙ qui se ingerit suspectus est siue sit ꝓcurator siue testis et eis obiiceret̄ per re-
um seu alium cōtra quē ꝓduceret̄ quia non debet eis dari fides·et debēt citari·
et si nō cōparuerint in prima citatiōe debent excōicari pro contumacia et inte-
rim citari totiens quousq3 cōpareant·quia alias iudiciū redderet̄ in inuitum·l·
inter stipulantē·§·socia·ff·de ver·ob·ad hoc si quis in ius vo·nō ie·l·i· Si autem
essent nobiles vel egregie persone aut infirmi vel mulieres que nō debent voca
ri in iudicio nec ibi venire presertim religiosi vel captiui iudex vadat vel mittat
ad tales·ff·de iureiur·l·ad personas·⁊ c·ii·de iudi·li·vi·c·si qui testiū·extra de te-
sti·et in domo talium ꝑsonarum recipit̄ iuramentū tale·In francia tamē eccle-
siasticus iudex impetrare solet territoriū a curia regia vel eius officiario ad hoc
faciendū·quia rex pretendit ꝙ iudex ecclesiasticus extra loca sacra vel religiosa
nullā iurisdictionē exercere potest·Successiue qn̄ testes sunt producti ⁊ iuraue-
runt·ad que faciēda dantur tres dilatiōes·s·prima·secūda·tertia·⁊ interdū cum
solēnitate quarta·c·vltra tertiā·extra de testi·s·qn̄ pars que testes vult ꝓduce-
re in quarta dilatiōe iurare vult ꝙ in aliis primis dilationibus testes quos nūc
producere intendit habere nequiuit·quia forsan erāt extra patriam vel quia ne
sciebat̄ ꝙ scirent aliquid in causa ipa·¶Et est ratio quare dant̄ quattuor dilatio-
nes ad testes ꝓducendū ne pereant copie ꝓbationum ipi parti·ad qd̄ iudex de
bet aduertere·vt·l·current·ff·de te·⁊·c·qm̄ frequenter·in prin·extra vt lite nō cō
te·⁊ quia interdū testes difficulter haberi· vel quia partē aduersam timent con-
tra quam debēt ꝓduci ⁊ dubitāt incurrere damnū et periculū vel odiū·quia ve-
ritas ꝓbata odium illud interdū parit vt dicit scriptura·Et interdum iurant si
reus hoc requirat ꝙ dicent veritatē pro vtraq3 parte quā nouerint in tota cau
sa·⁊ tunc si dicant pro reo nō poterit ipe reus tales testes impugnare·c· ꝑtiū·
extra de testi·vel contra eorum personas aliquid obiicere quia videtur appro-
basse·⁊ ideo nunq3 potest eos impugnare ibidem·tamē bene posset obiicere cō-
tra eoꝝ dicta ⁊ depositiones si vellet ⁊ materiā haberet sufficientem·

¶De interrogatoriis dandis et formādis·

TEstibus aūt vt prefertur ꝓductis ⁊ iuratis assignatur termin⁹ per iudicē
parti ree contra quā sunt ꝓducti ad dandū interrogatoria super quibus
testes ipi examinentur interrogent̄·et in curia solet assignari per diem ꝓducti-
onis ⁊ diem sequēt̄ vt dentur generalia·s· ꝙ si testes contra eum aliquid depo-
nere videantur ꝙ interrogētur de causa ⁊ modo sciendi ⁊ an viderint ea de qui
bus deponūt vel audiuerint ⁊ a quibus personis ⁊ de circūstātibus·vt·c· cū cau
sam·extra de testibus·vt possit sciri vel perpendi si sint instructi vel subornati
per sensum corporis·vt si dicat ꝙ vinum erat dulce ⁊ dicat causam quia sic vi-
dit vel tetigit vel audiuit nihil valet·quia per solum gustum sapor apprehendit̄
et sic de similibus· Si autē vult reus dare interrogatoria specialia debet petere
ꝙ actor specificet ⁊ designet articulos super quibus vult suos testes facere exa-
minari·et hoc facere debet si per reum requirat̄ seu per iudicem vel notariu3·et
tunc de illis datur copia reo·⁊ secundum illam specificationē formabit interro
gatoria sua et communiter in omni causa dantur·Interrogantur supradicta ge
neralia et etiam sequentia·s·si testis sit de cōsanguinitate seu affinitate vel simi

lia partis producentis. Item an fuerit doctus instructus vel subordinatus seu auisatus per dictam partem ipsum producentem vt sic deponeret vt deponit. Item an habeat partē seu interesse aliquod in ipā causa in qua deponit vel sperat quid habere de ea directe vel indirecte. Item si vellet partem per quam producitur victoriam obtinere in causa: vel quam partē mallet in dicta causa triūphare. An sit criminosus non debet interrogari. ⁊ si interrogetur non debet rñdere: quia nemo tenetur se prodere siue diffamare. c. cum tibi dico. de pe. di. i. nec sibimet laqueum parare. tñ si semetipm criminosum dixerit expellitur.

¶ De retractatione interrogatorioꝝ datoꝝ.

ITem interrogationibus sic per reum dat̄ si actor hoc requirat quod est sibi tutum debet requirere a iudice dicendo sic: Dñe iudex mihi pro parte aduersa data sunt interrogatoria peto per vos retractari ⁊ resecari superflua q̄ iudex debet facere presertim per partem requisitus ⁊ etiam ex suo officio: quia sicut articulus siue positio impertinens ⁊ non releuans partem dantem repellit̄ ⁊ a ꝓcessu reijcitur: vt in. c. cū cōtingat. in fi. de offi. dele. ⁊. l. ad probationū. C. de proba. Interrogatoriū superfluū debet etiam resecari per iudicem: quia interdū pars contra quā testes producunt̄ dat interrogatoria impertinētia ad causam: puta: interrogetur testis si sol est calidus. si deus est iustus: ⁊ similia. Formā aūt interrogator̄ vide in. c. i. de testi. li. vi. in glo. posita super verbo interrogata. Iudex vel notarius examinans debet interrogare testem in predictis generalibus postq̄ premissa sunt data ⁊ facta iudex ipēmet audit ⁊ examinat testes seorsum id est vnum post alium ⁊ separatim adinstar testiū productoꝝ ꝯ Susannā Danielis. xiiij. ⁊ ponit glo. quatuor in. c. ij. extra de testibꝯ. Et per se iudex debet eos examinare in causa criminali vbi agitur de statu hominis. in auctē. apud eloquētissimū. C. de fide instrum̄. ⁊. c. ij. de iudi. li. vi. In alijs autem causis ipsoꝝ testiū examinationem cōmittit notario cause. vel interdum alicui speciali cōmissario: vt in dicto. c. ij. de iudi. li. vi.

¶ De admissione rei pro defensionibus dandis.

IPsis autem omnibus testibus auditis ⁊ eorum depositionibus per notarium cause ⁊ scribam in scriptis redactis vel ante petit reus se admitti ad dandum suas defensiones: quia quando testes actoris essent publice nec ipsemet nec actor super eisdem articulis vel in eis inclusis vel alijs de directo cōtrarijs propter periculum subornat̄ vel eosdem vel alios testes producere possent in prima vel secunda instantijs. vt in. c. fraternitatis. extra de testi. nec in causa appellationis: vt in cle. testis eod. ti. saltem in foro ecclesiastico. Et ideo tutius reo dare defensiones ante testium publicationem. Et hoc admittitur vt eas det sicut vult longas vel breues ad elidendum ⁊ eneruandum intentionem actoris. puta si solutio vel pactum de non petendo vel cōmitato vel al's prout sibi competunt ⁊ occurrunt in scriptis vel verbo ⁊ petat eis responderi per actorem qui eis respondere debet primo simpliciter deinde medio iuramento sicut supra dictum est de articulis actoris. ⁊ deinde nisi reueletur per confessionem ⁊ responsionem actoris admittitur reus ad illas probandum per testes. ⁊ alia scilicet instrumenta cedulas confessiones ⁊ alia similia. Et seruatur modus ⁊ ordo in testium huiusmodi productione sicut supra dictum est de probationibus articulorum actoris.

¶ De publicatione depositionū testium.

TEstibus igitur sic ꝓductis examinatꝭ ꝛ eorum depositionibus in scriptis redactis petitur hincinde publicari ꝛ iudex partibus hoc voleñ habet ꝓ publicatis.i.ꝙ vult dicta testium ꝛ depositiones que erant secreta sibi et notario cause qui eos examinauit nunc fore nota et publica ipsis ambabus partibus actori vt videat si probauit intentionem.et reo vt videat si probauit actor contra eum suam intentionem et etiam testium rei. vt videat actor si reus probauit suam intentionem.

¶ De modo excipiendi cōtra ꝑsonas ꝛ dicta testium.

DEinde ibidem conceditur copia dictoꝝ testium ipis partibus et admittū tur ad obiiciendum contra personas testium.s.excōicationem.periuriuꝫ. infamiam.parentelam.affinitatem.familiaritatem cum tempore producēte.vel crimina et delicta contra testes ꝛ per ipos commissa. vel ꝙ non fuerunt citati vel iurati.ꝛ similia.vt eo.ti.c.ex parte.ꝛ.c.testium.ꝛ.c.ex litteris.extra de testibꝰ vel cōtra eorum dicta ꝛ depositiones.vtputa quia sunt sibi inuicem contrarii. vel sunt singulares in suis dictis auditu dicti alieni.ꝙ non probat regulariter nisi ad ꝓbandum gradum cōsanguinitatis in causa matrimoniali in qua probat.vt in.c.licet ex quadam.extra de testi.vel quia deposuerint extra articuluꝫ vel non interrogati iuxta interrogatoria data per partem aduersam quāq̄ʒ fuerant producti.vt.c.cum clamor.ꝛ.c.per tuas.extra de iudi.vel extra dilatiōes vel die feriata etiaꝫ festiua dum tamen fuerant producti die iuridica. Facit finis clementinarum vbi est festum omnium sanctorum.

¶ Modus respondendi exceptionibus predictis.

QUibus obiectionibus datis per reum cōtra testes per actorem ꝓductos et econtra petitur responderi ex aduerso. ꝛ responsiō e facta simpliciter quia est de facto alieno hic non agitur.respondetur medio iuramento.quia est de facto alieno.s.tertii.vbi cadit ꝓbabilis ignorantia. quia factum alieni ꝑsertim tertij potest quis verisimiliter ignorare.ꝛ si fuerint negate tales obiectiones est opus ꝙ fuerint bene specificate de loco ꝛ loco loci ꝛ tempore ꝛ circūstātijs alijs.alias deberet repelli ne nimium pergeret in preiudiciuꝫ aduersarij ad probandum tales obiectiōes nisi ex causa rōnabili sibi darent̄ due vel tres dilationes si in prima facta diligentia debita testes suos nō potuisset habere. quia ista est materia odiosa.ꝛ ideo restringenda.vt alle.c.presentium.de testi.li.vi.ꝛ facit regula odia.de regu.iu.eo.li. Et sicut de obiectionibus testiū actoris sic fiendum est ꝛ dici potest de testibus rei.ꝛ ipe actor potest repellere testes productos contra suos testes ꝛ non ecōtra.et non fit per reum alia ꝓbatio. per. c.licet.de testibꝰ.vnde versus.Quod probo tu reprobas ꝛ ego reprobo reprobañ. Non poteris testes tu reprobare meos.In testis testem ꝛ in hunc sed non dat̄ vltra.Et est ratio vt licitum sit finis ꝛ ne sit ꝓcessus infinitus qui reprobatur a iure.vt.c.ii.de rescrip.li.vi.

¶ De ꝓductione iurium.

PRemissis aūt vt premittitur factis actor ꝓducit alia iura sua.vt sunt bulle autentice vel ꝓcessus in causis beneficialibus instrumēta cedulas vel alia iura de archiuis antiquis extracta ꝛ alia documenta in scriptis seu alia ꝓbationum genera que sunt multa collecta per glo.que incipit omnino quattu-

oꝛ·in fi·in·c·cum ad sedem·extra de resti spo·ꝛ notata addit ibidem multa·s· vsq ad Specu·e·ti·§·fi·ꝛ·c·ii·extra de presum·

¶ De impugnatione iurium·

Deinde citatur aduersarius si sit presens in iudicio vel eius ꝓcuratoꝛ per iudicem sibi assignatur terminus ad cōparendum ꝛ ad dicendum contra dicta iura·ꝛ tunc potest talia iura producta impugnare ex falsitate vel ex defectu·vt quia non habuerunt locum vel locū loci vel tempus vel annuꝫ indictionem mensem diem nomen pꝛincipis regnātis et testes vel script̄·vel ꝙ ille qui ea scripsit vel signauit cessat esse notarius publicus· vel fuit de crimine cōdemnatus et officiū notariatus est sibi interdictum ad tempus vel perpetuo seu sibi inhibitum·vel quia fuit repertum territoꝛium illius qui talem notarium creauit ad hoc·c·romañ·s·penult·de fo·cōpe·li·vi·vel potest obiicere ꝙ continet falsum·quia die contenta in instr̄o vel cedula ipse reus erat alibi in alio loco diuerso et distanti ab illo expꝛesso in instrumento·ꝛ ita pꝛobatur·vel direct̄ falsit̄ dicti instrumenti·vt·l·optimam·ff·de cōtrahen·ꝛ cōmit·sti·c·ex litteris·extra de testi·Et est ratio·quia vnū coꝛpꝰ naturaliter eodē tp̄e nō pōt esse in duobꝰ locis diuersis·vt dicit phūs ꝛ naturales·sic etiā per indirectū pꝛobari pōt negatiua·vt·c·super hoc·extra de re·pmu·vt si quis vellet pꝛobare ꝙ non resignauit beneficium sponte eoipo ꝙ pꝛobat ꝙ fuit cōpulsus·ꝛ hoc pꝛobatur· vel si coactus vel inductus per metum vel alias·

¶ De saluatione iurium·

Post hec autem actoꝛ admittit̄ ad saluandū ꝛ sustinendum sua ꝓducta ꝛ iura contra impugnatiōes rei·quia saluatio repellet impugnationem seu obiectionē rei sicut exceptio repellat actoꝛē ꝛ replicatio exceptionem et dupli catio replicationem ꝛc̄·vt insti·de repli·§·i·

¶ De conclusione cause·

Deinde post pꝛemissa sic facta si partes hoc requirant· et idem si actoꝛ vel reus solus requirat ꝛ aduersarius non allegat causam iustam quare fieri non debet renuntiat̄ ꝛ concluditur in causa quod impoꝛtat ꝙ ipse partes renūtiant vlterioꝛibus pꝛobationibus facti quia nil amplius possunt producere qđ continet factum·ad hoc·c·cum dilectus·extra de fide instru·et·c·ii·de restitu·in inteḡ·li·vi·ꝛ cle·sepe·de verbo·sig·

¶ De infoꝛmationibus iudicum·

Post conclusionē aūt ip̄e partes ꝛ eaꝝ quelibet possunt dare instructiōes iudici ꝛ allegationes iuris ad partē que nō scribētur in ꝓcessu· Sed pro auisamēto iudicis seu ad ip̄m reuelandū ꝛ illuminandū·ꝛ hoc multū ꝓdest pꝛesertim in iudicibus non iuristis vel peritis· Et fiunt hmōi infoꝛmationes secundum casum facti vel iuribus ꝓductis aut al's iuxta statū ꝛ merita cause·

¶ De sententijs ferendis·

Post hec iudex videat vel faciat videri processum totum et diligenter visitari et videri si sit coꝛrectus·ꝛ etiam ꝓbationes que omnia debent esse coꝛrecta et bene oꝛdinata per notarium cause et processus rubricatus in marginibus· Quibus omnibus visis et diligenter inspectis: facit iudex relationem dicti processus suo consilio aut suis assessoꝛibus · vel si ipse non viderit per se facit fieri relationem vel repoꝛt̄ coꝛam se ꝛ suo consilio de toto processu · Et ha

bita matura deliberatiõe cum eisdem apunctaṫ ⁊ cõcordaṫ snia diffinitiua · vel interlocutoria· et scribaṫ deinde partibus vocatꝰ ⁊ citatꝰ seu alias per iudicem ad hoc assignatꝰ snia pferaṫ· ⁊ per iudicẽ sedeñ· si esset diffinitiua in scriptꝰ aľs est nulla· vt· c· fi· de iudi· li· vi· Secus in interlocutoria· quia illa potest dari verbo siue scriptꝰ· ⁊ a iudice stante vel sedente nisi iudex esset epũs vel persona illustris que psone possunt facere dare sniam etiã diffinitiuã per cõmissarium vt ibidẽ· vel facere eã legi in sui pñtia per notariũ cause·

¶ De appellatione interponend·

QUa sententia lata potest appellari ab eadem illico ⁊ viua voce dicendo· Ab hac snia vestra tanq̃ iniqua appello ⁊ peto apostolos mihi dari qui semper debẽt dari reuerẽtiales dimissorij quãdo appellaṫ a diffinitiua sentẽtia quia iudex debet velle ꝙ si male iudicauerit ꝙ alius superior talem sententiam corrigat ⁊ emendet ne pars cõdẽnata lesa maneat in periculo anime ipius iudicis· Potest etiam appellari infra decem dies qui currunt de momento ad momentum ab illa hora qua sentẽtia lata est· vt· c· quo ad consultationẽ· extra de re iudi· ⁊ tunc teneṫ appellare in scriptis· aľs appellatio esset nulla · vt· c· cordi· de appel· li· vi· et petere in fine appellationis apľos reuerentiales vel dimissorios a diffinitiua· Sed quando appellaṫ a grauamine vel ab interlocutoria· tunc potest dare refutatorios ⁊ instare suum pcessum vt superior informetur legitime de eodem· interim pceditur in causa vlterius q̃ñ dedit refutatorios donec fuerit inhibitus per superiorẽ ad quem appellatur· c· super eo· extra de appella· et post non posset· Sed q̃ñ est inhibitus si faceret ante omnia reuocarenṫ tãq̃ attẽptatꝰ ⁊ innouatꝰ· vt· c· non solum· de appella· li· vi· ⁊ ff· nil inno· appel· pẽdẽ· in ru· ⁊ nigro· Et hec sufficiant de prima instantia· Unde possũt esse tres instãtie in vna causa· s· prima· secunda· ⁊ tertia· ⁊ tres sententie anteq̃ posset executioni demandari si fuerit appellatum a prima et secunda sententia· quia a tertia appellari non potest·

¶ De executione sententiarum·

ET ita in eadem causa tres possunt esse instantie et tres sententie diffinitiue vel interlocutorie ⁊ due appellatiões etiã super eodẽ articulo · quia a tertia sententia non potest nec licet appellari· c· directe· extra de appella· et· c· sua nobis· ⁊ hoc est verum ꝙ potest bis appellari nisi prima trãsiuerit in rẽ iudicatam· vel nisi pars cõdẽnata eisdem acquieuit vel eam acceptauit vel expsse appellationi renũtiauit facte iam vel fiende anteq̃ appellaret· quod fieri põt· per· l· fi· C· de temp· ap· ꝭ· fi· et ex glo· fi· de arbi· cum dilectus· et modis predictis renuntiatur eidem expresse potest· etiam eidem per appellantem renuntiari tacite· et quia non appellatur infra decem dies qui currunt de momento ad momentum a tempore sententie· vel quia non appellat principalis vel eius procurator· vel quia non habebat talis appellans potestatem appellandi· c· non solũ ii· q· v· c· cum inter· extra de elec· vel quia nõ est in scriptis ab interlocutoria vľ diffinitiua quando appellat ex interuallo· vel quia non petiit apostolos sibi dari· vel quia licet eos petierit non cõparuit in termino sibi prefixo per iudicem a quo ad ipos recipiendum· c· q̃uis rigor· de appel· in cle· vel quia licet appellauerit in absentia iudicis non intimauit iudici appellationem suam infra triginta dies· c· ab eodem· de appel· li· vi· vel quia post appellationẽ appellans compa

ret coram iudice a quo appellauit·c·gratam·de offi·dele·z·c·cum venisset·de te-
sti·vel quia non exprimit iustam causam grauaminis in sua appellatione talem
videlicet ꝙ si vera esset legitima deberet reputari· vt in·c·vt debitus· de appel·
et·c·romana·eo·ti·li·vi·§·ii·per discursum tex·vel si infra terminum per iudicez
a quo sibi appellant̃ prefixum in suis apl̃is quãdo dat apl̃os reuerentiales vł
remissorios ad iter arripiendum nõ obedit iuxta dictum terminum·vel quia in
fra terminũ sibi prefixum nõ introduxit seu releuauit suam appellationẽ coraz
iudice ad quẽ·c·geminus·z·c·suggestum·z·c·personas·z·c· cum sit romana·et·c·
extra de appel·vel quia infra tempus iuris videlicet infra annum· vel ex causa
impedimẽti sibi dati infra primũ annum z infra primũ fatale infra annũ secun
dum nõ fuit ꝓsecutus nec finiuit suã appellationẽ que summope z diligẽter est
prosequenda·vt·c·cum sit romana·et·c·excõicatiõis·extra de appella· vbi vero
modis predictis vel aliis in iure expressis canonic̃ vel ciuili renuntiatum fuerit
appellationi tũc sñia diffinitiua z etiã interlocutoria transit in rẽ iudicataz·c·cũ
personas·z·c·cum sit romañ·s̃ alleg̃·z tunc potest z debet executioni demãda-
ri·Similiter quãdo nullo modo fuit appellatum·vel etiã si fuerit appellatum·
sed appellationi exp̃sse renũtiatũ fuit· z tũc reus nihil põt obiicere quin sñia cõ
tra eũ exequet̃ p cõmunia iura·quia parũ esset sñiam ferre nisi executiõi demã-
daretur·vt·c·cum psonas·c·cum sit romañ·z·c·cõprehẽsibilis·extra de appella·
z·c·de executione rei iudicate·li·vi·z p totum titu·Si aũt fuerit renũtiatum di-
cte appellationi facte ex modis predictis aliquo z tũc anteꝙ̃ decernat̃ executio
cõtra reum condẽnatum de mandato iudicis a quo citari debet ip̃e condẽnat⁹
ad faciend̃ fidem de diligentia ꝓsecutionis appellationis per euz emisse·vel cõ
tinebit dicta citatio quod compareat facturus fidem si et qualiter fuit ꝓsecut⁹
suam appellationem cum intimatione ꝙ al̃s procedet̃ ad executionem sentẽtie
contra eum late:quia tunc in termino p̃fixo si non comparet talis condemna-
tus seu alius pro eo·vel si comparet z non doceat sufficienter de diligentia ꝓ-
secutionis sue appellationis per quam apparet appellationem adhuc pendere
z non esse desertam decernetur tunc z concedatur executio contra eum·quia p
forum ecclesiasticum mouebitur pure z simpliciter vt infra·viii·vel·x·dies sol-
uat actori summã in qua fuit condẽnatus sub pẽna excõicationis late sentẽtie
nec apponet̃ clausula nisi causam zc̃·ex quo est iudicatum vel taxatum que po
nitur in monitiõibus que non descendũt ex iudicato condẽnato vel taxato et
si hoc petat̃ in primo termino talis monitio resoluit̃ z reducit̃ in vim simpli-
cis citationis al̃s importat grauamen z posset appellari sc̄dm collecta in·c·p-
sonas·extra de appel·tamẽ poterit prius citari ip̃e reus si fuerit condẽnatus
in expensis sicut in principio ad videnduz taxari expensas factas in ip̃a causa
cum intimatione·ꝙ si nõ cõpareat taxabũt̃ p curiam·z ita fiet iuxta intimata
Si vero cõpareat z aliquid dicat vel excipiat petendo moderari expensas sup
hoc auditur z etiam actor obtinebit in contrarium·Et demum taxabunt̃ quã-
do fuerint date z specificate per actorem arbitrio iudicis· quib⁹ taxatis iura-
bit actor ꝙ tantum vel plus exposuit vel est expositurus in ea et ꝓ ip̃a causa
et si minus vel excessiue taxarent̃ posset appellare reus ab excessiua taxatione
ad iudicẽ superiorem qui si appellationẽ ip̃am prosequatur forsan taxationem
ip̃am confirmabit vel moderabit· et adhuc secundo posset appellari· Deinde

cum talis taxatio in rem transiuerit iudicatam tunc super principali et expensa-
rum taxatione concederetur actori executio ⁊ fiet de facto cōtra reum per mo-
nitionem sub pena excōmunicationis late sentētie· ⁊ si infra terminum sibi reo
prefixum non satisfecerit actori de principali ⁊ de expensis aggrauabitur ⁊ dein
de littera contra participantes concedetur· ⁊ deinde bis contra eos denuntia-
bitur ⁊ deinde portabitur tertia si fuerit opus secundum stilum curie talis ⁊ di-
catur psalmus: Deus laudem meam ne tacueris ⁊c· ante domum eius diebus fe-
stiuis· ⁊ contra hostium proijciantur lapides in signum maledictionis eterne·
vel secundum stilum aliarum curiarum post tertiam litteram inuocabitur bra-
chium seculare· ⁊ requiretur ꝙ bona talia capiantur et vendantur vsqꝫ ad sum-
mam talis debiti per sententiam declarati· vel si erat obligatus carceri ⁊ non cō
petunt neqꝫ sufficiunt bona sua donec soluerit in Auinione ⁊ in multis alijs lo
cis· Et dicitur in littera requisitionis quādo inuocatur brachium seculare clau-
sula hec post narratꝰ eorum que facta sunt dicetur: cum ecclesia nō habeat quid
vltra faciat· ⁊ ne talis excōmunicatus sit ⁊c· iuxta· c· cū non ab hoīe· extra de iu-
di· Et si non fuerit talis inuocatio brachij secularis sicut non fit in ꝑtibus Tho-
losanis si talis reus excōmunicatus condemnatus ⁊ aggrauatus vel simpliciter
excōmunicatus sustineat animo indurato· talis excōmunicatus per annū post
citabitur personaliter per ordinarium ecclesiasticum vel inquisitorem heretice
prauitatis ꝯpariturus coram eo tanqꝫ suspectus de fide: ⁊ est locus preuentioñ
inter episcopum vel eius officialem ⁊ inquisitorem: cuꝫ episcopus sit inquisitor
in sua dioc· Inquisitor vero est generalis super prouincijs ⁊ in negligeñ ordina-
rij potest tales excōmunicatos tanqꝫ criminales hereticos et suspectos de fide
citare ⁊ coram se personaliter vocare· ⁊ ita obseruatur cōmunis stilus ⁊ practi-
ca primax per iura cōmunia· de hereti· extra· in· vi· ⁊ in cle· ⁊ si talis citatus non
compareret coram eo qui eum mandauit ⁊ citari fecit ⁊ staret contumax sic ꝑ an-
num post posset condemnari tanqꝫ hereticus· c· cum contumax de hereti· li· vi·
Et si episcopus vel officialis preuenisset inquisitorem in citando ipse inquisitor
de hoc certificatus nō debet se intromittere amplius ⁊ ita cōmuniter seruatur·
vnde potest etiam decerni ⁊ fieri executio sententie late contra reum de ⁊ super
negocio principali obmissa taxatione expensarum· Et demum facta ⁊ completa
executione super principali siue fuerit actum actione reali vel personali: tunc
poterit fieri taxatio et executio super expensis taxatis ante successiue ⁊ sepa-
ratim· iudex autem secularis exequi potest ⁊ consueuit sententiam suaꝫ vnicam
que in rem transiuit iudicatam vel quando late sunt tres conformes: quia tunc
non potest plus appellari· cle· vt calumni· de re iudi· nam si fuerit actum actiōe
reali mandat ⁊ facit poni actorem victorem in possessione rei immobilis sibi ad
iudicate· ⁊ si fuerit res mobilis: puta equꝰ liber ⁊ similia: facit talem rem tradi
ipsi actori per viam facti per semetipsum vel alium executorem ad hoc per eum
deputatum· Si vero fuerit actum actione personali: puta super aliqua summa
pecunie vel simili: ⁊ tunc precipit reo condemnato vt soluat realiter ipsi actori
victori summam infra certum terminum· quo elapso facit capi et vendi de eius
bonis primo mobilibus si sufficiant: alioquin de immobilibus vsqꝫ ad dictam
summam in qua fuit condemnatus· Deinde vero venitur ad nomina ad debita
eius· iuxta· l· a diuo pio· ff· de re iudi· ⁊ pro principali ⁊ expensis· ⁊ si reus talis nō

haberet bona possz deduci in arresto seu carcere z tamdiu ibi detineri donec sol
uerit presertim cum erat obligatus carceri seu arrestatiōi persone sue. Et sic est
finis talis litis z cause qui q̄z breuius potest fieri in litibus imponi debet. nā ad
hoc laborant fere omnia iura.

¶ De apostolis.

ET quia est facta mentio de apostolis: est sciendum: q̄ apostoli sunt respō
siones quas facit iudex a quo fuit appellatum ipsi appellanti. z sunt tri
plices. quidam sunt reuerentiales qui cōmuniter dātur a diffinitiua per hec ver
ba z similia: ob reuerentiam sedis apostolice vel superioris mei ad quem appel
latis admitto vestram appellationem: vel defero vestre appellationi: z assigno
vobis certum terminum. x. vel. xv. dierum si in partibus appellatur. vel triū aut
quatuor mensium quando appellatur ad curiam Romanā quādo est vltra mon
tes. Alij sunt dimissorij z illi dantur interdum a diffinitiua interdum ab interlo
cutoria quando iudex a quo etiam defert appellationi z remittit causam ipam
iudici superiori ad quem est appellatum z sic abdicat iurisdictionem z tunc nō
potest se amplius intromittere nisi superior eandez causam sibi remitteret. c. cū.
apparatus. de appel. li. vi. z respondet seu dat apostolos per hec verba: Defero
appellationi vestre vel admitto appellationem vestram vel remitto causaz istā
meo superiori vel nolo me amplius intromittere de hac causa. vel sic: z inconue
niens non credo vos in aliquo grauasse z ideo defero vestre appellationi p̄nse
nisi inquantum superior ad quem est appellatum duxerit admittend inquantū
a iure ei fuerit deferendum hanc responsionem pro debitis apostolis vobis fa
ciendo. per tales apl'os abdicat a se iurisdictionem quia remittit cognitionē ap
pellationis iudici ad quē. z ideo si expost procedit totū nullū est. z sic vidi iudi
cari. z dando istos apl'os reuerentiales pōt assignare terminū appellāti ad iter
arripiendum vel ad se supiori iudici p̄ntand vel appellationē introducendū seu
reueland vel eā psequendā si appellans nō obedit renuntiat appellationi. Sed
ad finiendū cām non pōt prefigere terminū: quia id non est in potestate appel
lantis. c. ex intimatione. de appel. Alij sunt apli refutatorij. s. qn̄ iudex a quo refu
tat appellationē vel eā nō admittit. qd fit sepe qn̄ appellat̄ ab interlocutoria. et
tunc potest procedere donec fuerit inhibitus. quia si inhibitus esset nō plus pro
cederet. qd si faceret p iudicē ad quē fuit appellatū ante oia z velo eleuato con
stito tn̄ de pcessu si fuerit petitū per appellationem reuocabitur tanq̄z attēpta
tum seu innouatum anteq̄z coguoscatur de valore appellationis pter spretuz
iudicis a quo qui contempsit iudicem ad quem licet fuerit inhibitus. vt. c. nō so
lum. de ap. li. vi. etiam posito q̄ appellatio postmodum reperiatur friuola vl' in
iusta vel nulla: vt ibi tenet glo. z hoc est propter bonū obediētie quam debet iu
dex superiori suo. c. omnis anima. de sen. excom. tunc quando dat refutatorios
non assignat appellanti terminum ad procedendum. nec aliud nisi ad proceden
dum in causa principali coram se. vnde debet etiam aduertere iudex a quo fuit
appellatum q̄ ex quo sunt petiti apostoli q̄ nō procedat donec eos dederit. q2
facta interim essent nulla: vt. c. ab eo. de appel. z appellans tenet̄ dare veram z
correctā copiā sue appellatiōis iudici a quo vt super ea possit deliberare quos
z quales apl'os debeat dare. z expen̄ ipsius appellātis scd'm cōmunem vsum de
doctrina siue practica. vnde qn̄ appellans comparuit in termino sibi p̄fixo per

apostol. refutatorij

iudicem a quo ad recipiendum apostolos coram eo semel eos paratus recipere. si tunc sibi non dantur non tenetur amplius coram eo comparere. sed potest prosequi suam appellationem: vt patet in glo. in. c. quauis rigor. de appel. in cle. et debet peti sepe et sepius et instanter seu cum instantia multiplicata et vno contextu vt ea. clemen. in principio.

¶ Sequitur secunda instantia. s. quando fuit appellatum a diffinitiua vel ab interlocutoria iudicis et legitime nec fuit renunciatum appellationi expresse nec tacite. et primo in Romana curia.

❡In primis igit̄ dicit ⁊ asserit dictus procurator dicto noīe ponitqꝫ ⁊ si necesse
fuerit ꝓbare intendit ꝙ a·x·xx·⁊c·⁊ centū annis ꝓxime preteritis citra et vltra
ac ꝑ tp̄s et tp̄a de quoꝝ initio seu contrario memoria hoīm nō existit in dioc.
n·ac infra fines et limites ipsius fuit esseqꝫ consueuit ac hodie est quedā parro-
chialis ecclesia dicta cōiter et appellata ecclesia ꝓchialis de·n·n·dioc. vni cle-
rico seculari vacationū tp̄ibus ipsius occurren̄ in titulū perpetui beneficij ⁊c·

❡Item ꝙ in dicta parrochia de·n·ac infra fines ⁊ limites ipsius a tp̄ibus supra
dictis et per ipsa tp̄a fuit esseqꝫ consueuit ac hodie est quedam capella sine cura
dicta cōiter et appellata capella beate Marie·n·n·dioc. in qua q̄ꝫplures xp̄ifide
les de diuersis mundi partibus deuotionis causa affluunt ⁊ diuersas oblatiōes
legata et pias elemosynas tam in pecunia q̄ꝫ in cera luminar. et diuersis alijs re-
bus ꝓut eis placet offerunt faciunt et suas pias manus adiutrices inibi ad dei
laudem ac diuini cultus augmentum porrigunt·Et sic fuit ⁊c·

❡Item dicit et asserit insuper ponitqꝫ ⁊ ꝓbare intendit ꝙ oēs ⁊ singule oblati-
ones legata et elemosyne que quomodolibet ꝓuenīūt seu ꝓuenire p̄nt ad dictā
capellā beate·M·de·n·ex eo ꝙ dicta capella vt prefert̄ fuit et est infra fines et li-
mites ipsius parrochie de·n·sita et fundata de iure cōi pertinuerūt et spectarūt
pertinereqꝫ et spectare debent ad venerabilem virum dn̄m rectorē sine curatū
dicte parrochialis ecclesie de·n·ꝓ tp̄e existentem solū et insolidum et nō ad alium
quemcunqꝫ presertim ad p̄nsum cellariū monasterij sancti·n·ꝓpe·n·ordinis scti
B·qui fuit et est alterius professionis et ordinis·

❡Item ꝙ premissa omnia et singula ⁊c·

❡Item ꝙ venerabilis vir dn̄s·P·de·n·ab vno duobus et tribus annis ꝓxime p̄
teritis ac citra et vltra fuit et erat ꝓut hodie est dicte parrochialis ecclie de·n·
verus et pacificus rector ac in plena ⁊ pacifica possessione ipsi⁹ parrochialis ec-
clesie curam aīaꝝ parrochianoꝝ dicte parrochie regendo ⁊ gubernando ac eisdē
ecclesiastica sacramenta ministrādo et vt talis et pro tali fuit cōiter habitus di
ctus tentus noīatus et reputatus haberturqꝫ tenetur noīatur et reputatur pa-
lam publice ⁊ notorie·Et ꝙ sic fuit et est verum·

❡Item ꝙ licꝫ oēs ⁊ singule oblationes et elemosyne sic vt premittit̄ ad dictam
capellam quoquo mō peruenien̄ de iure spectent et pertineant ac spectare ⁊ per
tinere debeant ad curatum suum rectorem dicte parrochialis ecclesie de·n·pro
tempore existentem et ad dictum dn̄m·P·de·n·modernū verū ⁊ indubitatū rectorē

ipseqꝫ idem dñs·P·rector noīe ⁊ occasione dicte sue parrochialis ecclesie hmōi
oblationes legata et pias elemonsyas et nullus alius recipere debeat· nihilomi-
nus tñ prefatus frater·n·assertus cellerarius dicti monasterij sancti·n·nescitur
quo motus spiritu seu titulo prebentibus sibi in hoc favorē et auxilium dñis ab
bate et conuentu dicti monasterij sancti·n·dictū dñm·P·rectorem adeo impedi
uit ꝙ idem dñs·P·rector de hmōi oblatiōibus legatis ⁊ elemosynis minime gau
dere potuit neqꝫ potest·

¶ Qdqꝫ prefatus frater·n·assertus cellerari⁹ dictas oblationes et elemosynas
atqꝫ res alias ad dictā capellā spectañ temere et violenter et de facto leuauit re
cepit et occupauit recipitqꝫ leuat et occupat ac illos in suos dānabiles vsus cō
uertit et intrusit in anime ipsi⁹ graue periculum et antedicti dñi·P·de·n·recto-
ris magnum preiudicium atqꝫ grauamen· Et sic fuit ⁊c·

¶ Item ꝙ premissa omnia et singula ⁊c·

¶ Quare petit procurator predictus nomine quo supra per vos dictū dñm au
ditorem vestramqꝫ diffinitiuā sniam pronuntiari decerni et declarari omnes et
singulas oblationes legata et elemosynas et res in dicta capella de·n·vt premit
titur infra fines et limites dicte parrochie de·n·sita ꝓuenieñ ⁊ prouenientia ad
prefatū dñm·P·tanqꝫ ad curatū et rectorem dicte ecclesie de·n·ratione et occa-
sione prefate sue parrochialis ecclesie spectasse et pertinuisse ac spectare et perti
nere de iure debere illasqꝫ et illa eidem adiudicand fore ⁊ per vos adiudicari di-
ctoqꝫ fratri·n·cellerario dicti monasterij sancti·n·in eisdem oblatiōibus legat
elemosynis ac rebus alijs ad dictam capellam pertinētibus nullum ius compe
tiisse neqꝫ competere occupationes detentiones ac dictaꝝ oblationum leuatio-
nes et vsurpationes ac quecunqꝫ alia impedimenta per dictum fratrem·n·celle
rarium dicti monasterij prestitas et prestita fuisse ⁊ esse temerarias indebitas il
licitas iniquas iniustas ac de facto presumptas et presumpta et facta· ipsumqꝫ
fratrem·n·cellerarium a detentione ⁊ occupatione ꝑdictaꝝ oblationū legatoꝝ
et elemosynarum et rerum aliarum vt premittitur ad dictam capellam perueni-
entium amouendum fore et per vos amoueri necnon prefatum·P·rectorem et
dictam suam ecclesiam in et ad earum oblationum et elemosynarum ac rerum
aliarum vt premittit̄ ad dictam capellam peruenientiū realem possessionem et
effectualem receptionem et perceptionem ponendum et inducendum fore ac ꝑ
vos imponi atqꝫ induci prefatoqꝫ fratri·n·cellerario in de ⁊ super ꝑmissis leuati
onibus detentionibus receptionibus occupatioñ ac perturbatioñ et impedimē-
tis sibi circa predictā receptioñ prestit̄ perpetuū silentiū imponendū fore et ꝑ
vos imponi dictumqꝫ fratrem·n·cellerariū ad dand soluendū et restituendū ei-
dem·P·de·n·rectori realiter ⁊ cū effectu oēs et singulas oblationes ꝑ eū in dicta
capella perceptas et que quomodolibet percipi potuerūt lite coram vobis pen
dēte indecisa si extāt ⁊ si nō extāt ad eaꝝ legitimū valorē vna cū expeñ in hmōi
cā ꝓ parte dicti·P·rectoris ltime fact̄ de fiendis solēniter ꝓtestando condem-
nandum fore ⁊ per vos condemnari condemnatumqꝫ cogi ⁊ compelli vijs iuris
⁊ remedijs oportuñ· Et als in de ⁊ super premissis oībus ⁊ singulis supradict̄ si
bi tam coniunctim qꝫ diuisim iustitiam ministrari vr̄m in oībus quibus potest
⁊ debet benignum officium implorando· Et premissa dat dicit ⁊ asserit coniun
ctim et diuisim omnibus melioribus modo via iure causa ⁊ forma quib⁹ melius

⁊ efficacius de iure potest ⁊ debet saluo sibi semper in ꝑmissis iure corrigendi addendi minuendi ⁊ latius dicendi vt fuit et est moris.

¶ Libellus super annuo censu domus pertineñ ad rectorem occasioñ sue capelle.

Coram vobis. R. p. ⁊c. ꝓpoīt procurator ⁊ procuratorio ⁊c. rectoris capelle sancti ⁊c. contra et aduersus quendam .n. oppidanū ⁊ inhabitatorem oppidi .n. a[illegible]amcunqꝫ aliam personam pro eo in iudicio legitime interueñieñ. et dicit ꝙ licet ad rectorem pro tempore dicte capelle ratione eiusdem capelle a. x. xx. xxx. ⁊. xl. annis spectauerit ⁊ pertinuerit ⁊ eidem solui debuerit ⁊ consueuerit ⁊ solutus fuerit saluis infradicendis census duarum librarum ⁊ decē denarioꝝ occasione domus site in dicto oppido .n. in strata ⁊c. quam domum dict⁹ .n. ab annis duobus ⁊ per duos annos proxime precedentes continue citra ⁊ supra inhabitauit ⁊ inhabitabat de presenti sic ꝙ quilibet inhabitator et possessor dicte domus dictum censum a dict᷑ tꝑibus ⁊ ꝑ ipā tꝑa singulis annis rectori pro tꝑe dicte capellanie dicte capelle persoluere consueuerit et persoluere debuerit atqꝫ debeat ⁊ persoluerit dictus dn̄s .n. tanq̄ꝫ rector dicte capelle ⁊ predecessores sui saluo infradicendo spolio fuerunt in possessione dictū censum annuū de inhabitatoribus dicte domus rōne eiusdē domus percipienđ atqꝫ singulis annis perceperint. nihilominus tn̄ prefatus .n. licꝫ ꝓ parte dicti .n. ante duos annos ꝓxime preteritos ⁊ citra sepe ⁊ sepius requisitus fuerit vt dictā pensionē solueret eādem tn̄ soluere recusauit atqꝫ contradixit ac solutioñ hm̄oi pensiōis se opposuit ꝓut recusat contradicit ⁊ se opponit. dictumqꝫ dn̄m .n. perceptioñ dicti census ⁊ possessione percipiendi spoliauit ⁊ spoliatū tenet. eūdemqꝫ dn̄m .n. al's occasione perceptioñ dicte pensionis multipliciter molestauit vexauit ꝑturbauit ⁊ impediuit ꝓut molestat vexat perturbat ⁊ impedit temere et de facto in anime periculum ⁊ dicti dn̄i .n. ac predicte capelle ⁊ eius rectoris preiudiciū nō modicū et grauamen.

¶ Quare petit dictus ꝓcurator noīe quo supra ꝑ vos dn̄m auditorē prefatum vestrāqꝫ diffinitiuā sn̄iam ꝓnūtiari decerni ⁊ declarari prefatuꝫ annuū censum duaꝝ libraꝝ ⁊ decem denarioꝝ ex dicta domo ⁊ inhabitatoribus dicte dom⁹ soluenduꝫ ad rectorē ꝓ tꝑe dicte capelle ac prefatū dn̄m .n. modernū rectorē dicte capelle spectasse ⁊ ꝑtinuisse ac spectare ⁊ pertinere de iure. annuā q̄ꝫ pensionem prefatā rectori ꝓ tꝑe dicte capelle ac ipsi dn̄o .n. rectori prefato ex dicta domo ⁊ inhabitatoribus eiusdē domus rōne domus eiusđ singulis annis solui debuisse ⁊ debere ipsamqꝫ pensionē ꝑfato dn̄o .n. tanq̄ꝫ rectori dicte capelle adiudicanđ fore ⁊ ꝑ vos adiudicari necnō ꝓnuntiari decerni ⁊ declarari recusatioñ contradictioñ spoliatioñ oppositioñ molestatioñ vexatioñ ꝑturbatioñ ⁊ impedimenta predictas ⁊ predicta fuisse ⁊ esse temerarias illicitas iniquas ⁊ iniustas temeraria illicita et iniusta ac de facto presumptas et presumpta dictumqꝫ dn̄m .n. rectorem in possessionem pacificam et quietam vel quasi percipiendi dictā annuam pensionem restituendum ⁊ reinducendū fore ⁊ per vos restitui ⁊ reinduci dictumqꝫ .n. ⁊ dictos inhabitatores dicte domus ad soluendum dictam pensionem annuam prefato dn̄o .n. rectori ⁊ eius successoribus compellenđ fore et per vos compelli. dictoqꝫ .n. de ⁊ super recusatioñ contradictioñ oppositione molestatione vexatione perturbatione ⁊ impedimētis predictis perpetuū silentium

imponendum fore ⁊ per vos imponi dictumqꝫ ⁊c̄·n·in pensioñ preteritis non solutis per ip̄m ac expeñ in hm̄oi cā corā vobis legitime factis condemnanđ fore ⁊ per vos condēnari de expeñ fiendis ⁊ pensioñ soluēdis ꝓtestat̃ atqꝫ al's in de ⁊ sup premissis oībus et sing̃ sibi fieri iustitie cōplementum· Et premissa petit dictus ꝓcurator noīe quo supra tam coniūctim q̃ꝫ diuisim oībus melioribꝰ modo via iure causa et forma quibus potuit ⁊ debuit vestrum benignū officiuꝫ sup premissis ⁊ quolibet p̄missoꝝ humiliter implorando·

¶ Saluo iure·⁊c̄· Et ꝓtestatur ⁊c̄·

¶ Libellus rectoris cōtra abbatem sup decimis in quo specificant̃ loca ⁊ terre·

Coram vobis venerabili viro dn̄o·N·sacri palatij causarū ap̄lici ac partibus infrascriptis auditore deputato ꝓponit in iudicio ꝓcurator et nomine ꝓcuratorio honorabilis viri dn̄i·n·rectoris parrochialis ecclesie·N·n·dioc̄ tam ipsius rectoris q̃ꝫ ecclesie sue predicte iuribus ⁊ noībus ꝯtra ⁊ aduersus venerabiles et religiosos viros dn̄os·D·abbatē ⁊ conuentum monasterij predicti N·ordinis sancti Bernhardi·n·dioc̄ ⁊ cōtra quascunqꝫ alias personas pro eis in iudicio legitime interuenieñ tā cōiūctim q̃ꝫ diuisim et dicit ponitqꝫ ⁊ ꝓbare intendit ea que sequunt̃ ⁊ ad ea ꝓbandum petit se admitti offerens se ea legitime ꝓbaturum citra tñ onus supflue ꝓbatioñ de quo ꝓtestat̃·

¶ Item in primis ponit ⁊ ꝓbare intendit ꝓcurator predictus noīe quo supra ꝙ a·x·⁊c̄·et centū annis ⁊c̄·pone de existentia dicte parrochialis ecclesie ꝙ sit in dicta dioc̄ ⁊ habēs parrochianos vtriusqꝫ sexus ⁊c̄·

¶ Item ꝙ de iure cōi prefato mg̃ro·n·dicte parrochialis ecclesie rectori iure nomine ratione ⁊ ob cām dicte sue parrochialis ecclesie spectauerūt et pertinuer̃t spectāt ⁊ pertinēt oēs ⁊ singule decime fructuuꝫ decimalium quorūcunqꝫ infra metas ⁊ limites dcē parrochialis ecclesie nasceñ ⁊ cresceñ ac etiā noualiū ipseqꝫ mg̃r·n·et predecessores sui fuer̃t esseqꝫ consueuerūt ⁊ est ipse rector modernus in pacifica et quieta possessione seu quasi hm̄oi iuris dict̃ decimas percipiendi habendi et leuandi salua tamē p̄nti cōtrouersia et contradictione de qua infra dicetur·Et ita fuit ⁊c̄·

¶ Item ponit ⁊ ꝓbare intendit ꝓcurator predictus noīe quo supra ꝙ a·vj·annis ꝓxime preteritis citra ⁊ supra prefat̃ venerabilis vir mg̃r·n·fuit erat ac hodie est verus rector dicte parrochialis ecclesie·n·⁊ pacificus possessor eiusđ fructus redditus ⁊ ꝓuentus ꝑcipiens ex eadē ⁊ vt talis ⁊ pro tali ⁊c̄·

¶ Item ꝙ de premissis ⁊c̄·

¶ Item ponit ⁊ ꝓbare intēdit ꝓcurator predictus noīe quo supra ꝙ a dictis tēporibꝰ ⁊ ꝑ ipa tp̄a infra metas ⁊ limites dicte parrochie·n·fuit esseqꝫ cōsueuit ⁊ hodie est quiđ locus gallic̃ vocatꝰ cōiter ⁊ appellatus locus·n·quodqꝫ in territorio seu in termino illius loci fuit esseqꝫ cōsueuit ⁊ hodie est sita vna petia terre arabilis ⁊ cultibilis cōfrontata ⁊ ꝯfinita ab vna parte vie ꝑ quā iter ad locuꝫ N·et ab alia parte ꝑ quā itur ad·N·⁊c·Et ita fuit ⁊ est verum·

¶ Item ponit ⁊ ꝓbare intendit ꝓcurator predictus noīe quo supra ꝙ dicta petia terre de anno dn̄i·M·cccc·xxij·cultinata fuit et in eadem eisdem duobꝰ annis seminata fuerunt frumentum et siligo quodqꝫ ipsis duobus annis in eadeꝫ petia terre excreuerunt et collecte fuerūt centū ⁊ triginta gelime siliginis pluri

q̄dq̄ꝫ de hm̄oi centū ⁊·xxx·gelimis siliginis p̄dicto magistro·n·tūc ⁊ nūc rectori
dicte parrochialis ecclesie decime pro iure suo decimali euenerunt ⁊ euenire po
tuerunt ⁊ debuerunt saluo pluri ⁊c̄·Ita fuit ⁊c̄·

¶Item ꝙ a dictis tp̄ibus ⁊ per ipsa tp̄a antedicta infra metas ⁊ limites dicte p̄
rochie ⁊c̄·n·fuit esseq̄ꝫ consueuit ⁊ hodie est quidam alius locus cū suo toto ter
ritorio ⁊ tenimēto situs vocatus gallice ⁊ cōiter appellatus locus·n·q̄dq̄ꝫ in te
nimento [hole] territorio illius loci fuit esseq̄ꝫ cōsueuit ⁊ hodie est sita quedā alia
pecia terre arabilis continēs duo iugera terre vel circa de qua etiā nō existit ho
minū memoria incōtrariū ꝙ aliquo tp̄e culta seu in ea aliquid vsq̄ꝫ ad ꝓxime di
ctos duos annos seminatū fuisset confrontata ⁊ confinata ab vna parte vie p̄
quā itur ⁊c̄·vt·s̄·Et ita fuit ⁊c̄·

¶Item ponit ⁊ ꝓbare intendit dict⁹ procurator nomine quo supra ꝙ dicta su
pra proxime pecia terre sita in territorio seu tenimento dicti loci·n·de annis ꝓ
xime dict̄·M·cccc·xxij·fuit primo ad culturā deducta ⁊ cultiuata ⁊ in eadem se
minatum fuit frumentū q̄dq̄ꝫ in eadem pecia terre ipsis duobus annis excreue
runt ⁊ collecte fuerunt octuaginta gelime frumenti vł circa·ꝙq̄ꝫ ex hm̄oi·lxxx·
gelimis frumenti octo frumēti dicto rectori ꝓ iure suo decimali euenerūt ⁊ eue
nire potuerūt ⁊ debuerunt saluo pluri·Et ꝙ sic fuit ⁊ est verū·Et sic de singulis
pecijs seu partibus terre ⁊c̄· Et pone si opus fuerit per quē fuerunt culte et ex
culte per quendam talem parrochianū dicte parrochie·⁊c̄·

¶Item ꝙ ex qualibet omniū gelimaꝝ predictaꝝ tam frumenti q̄ꝫ siliginis que
ex dictis terris arabilibus predictis duobus annis collecte fuerunt vt premittit̄
et prefato rectori ꝓ iure suo decimali pertinuerunt et pertinent extracta fuit ⁊
extrahi seu excuti potuit ⁊ debuit ⁊ ꝯsueuit vnus modius frumenti seu siliginis
ad mensuram loci·n·et tantum qualibet gelima sc̄dm speciem suaꝫ extimata fuit
⁊ valere extimatur·Ita fuit ⁊c̄·

¶Item ponit ⁊ ꝓbare intendit ꝓcurator predictus noīe quo supra ꝙ prefatus
abbas ⁊ conuentus dicti monasterij p̄missoꝝ nō ignari imo scientes ⁊ scire vo
lentes p̄dictas decimas noualiū seu gelimas oēs et singulas superi⁹ designatas
ad prefatū rectorem pro iure suo decimali ꝑtinēt ⁊ spectāt easdē decimas noua
liū seu gelimas oēs ⁊ singulas ad dictū rectorē vt p̄missum est iure suo decimali
spectañ nescit̄ quo spū ducti sed p̄ter ⁊ cōtra volūtatē dicti rectoris de facto cū
de iure nō potuerint ꝓut neq̄ꝫ pn̄t de dictis duobus annis·M·cccc·xxij·⁊·xxiij·
p̄ seipsos aut alterū ipsoꝝ seu p̄ aliū ⁊ alios eoꝝ seu alterius ipoꝝ noīe ceperūt
vsurparūt leuarunt ⁊ semina asportarunt seu capi vsurpari leuari ⁊ secū aspor
tari fecerunt licꝫ tñ indebite ⁊ iniuste ac temere ⁊ de facto dictū rectorē in perce
ptione dictaꝝ suaꝝ decimaꝝ noualiū ⁊ ad ipsius vt premissum est iure suo de
cimali ⁊ noīe ecclesie predicte spectantiū ⁊ pertinentiū ꝑturbando inquietando
impediendo ⁊ molestando ac ip̄m rectorem iure suo illas nouales decimas per
cipiendi temere spoliando·Et ita fuit ⁊c̄·

¶Item ꝙ lꝫ p̄fati abbas ⁊ cōuentus seu eoꝝ alter ꝓ parte dicti rectoris pluries
et debite fuerint requisiti vt ip̄m rectorē met ad suā pristinā possessionē seu q̄si
iur⁹ decimādi nouales predictas libere ꝑcipiendū predictasq̄ꝫ decimas p̄ eos vt
premittit̄ leuatas restituendo ⁊ ab vlteriori ꝑturbatione seu impedimento seu
integra ꝑceptione decimaꝝ noualiū p̄dictaꝝ cessando ⁊ deficiendo·nihilomin⁹

tamen ipsi abbas ⁊ conuentus premissa facere denegarunt ⁊ recusarūt ⁊ adhuc
denegant ⁊ recusant indebite iniuste ⁊ temere ⁊ de facto penas iuris cōtra tales
inflictas damnabiliter incurrendo in animaꝝ suaꝝ periculum ⁊ dicti rectoris ⁊
ecclesie sue preiudiciū damnū ⁊ grauamen. Et ita fuit ꝛc̄.
¶ Item ꝙ q̄uis etiā prefati abbas nuꝑ de anno dn̄i ꝛc̄. de ⁊ suꝑ p̄dictis decimis
⁊ recusationibus et denegationibus restitutionibus ⁊ eaꝝ occasiōe coram offi/
ciali. n. ad instañ dicti rectoris tract⁹ fuisset in cām ipsi abbas ⁊ cō[illegible]us a qui/
busdā grauaminibus vt asserebatur licet friuole eis per dictū officiale illatis ad
dn̄m nostrū papā ⁊ scām sedem aplicam appellarunt. Ita fuit ꝛc̄.
¶ Item ꝙ postmodū cā p̄nse appellatiōis hmōi vna cū negocio principali fuit
vobis prefato dn̄o auditori cōmissa. Et ita fuit ꝛc̄.
¶ Item ꝙ premissa omnia ⁊ singula ꝛc̄.
¶ Item ꝙ oēs ⁊ singule persone noiate et descripte in productis ꝛc̄.
¶ Item dat producta ⁊ producenda pro positionibus ⁊ articulis ꝛc̄.
¶ Item dat de notarijs signis ⁊ sigillis ꝛc̄.
¶ Quare petit ꝓcurator predictus noie quo supra ꝑ vos dn̄m p̄ntis cause au/
ditorem vestrāqꝫ diffinitiuā sniaꝫ ꝓnuntiari decerni ⁊ declarari oēs ⁊ singulas
decimas fructuū quorūcunqꝫ decimaliū in supradictis terris ⁊ alijs quibuscūqꝫ
noualib⁹ infra metas dicte parrochie exn̄tibus nascentiū ⁊ crescentiū ad p̄fatū
rectorē ⁊ suos successores dicte ecclesie parrochialis de. n. rōe ⁊ noie ⁊ iure ipsi⁹
ecclesie ⁊ ꝓ iure suo decimali ꝑtinuisse ⁊ spectasse ac ꝑtinere ⁊ spectare debere si
biqꝫ noie ⁊ iure dicte ecclesie adiudicand̄ fore ⁊ ꝑ vos adiudicari ac prefato abba
ti ⁊ cōuentui aut eoꝝ alteri in seu ad hmōi decimā noualiū nullū ius cōpetijsse
neqꝫ cōpetere ipsosqꝫ abbatem ⁊ conuentū ad reddendū ⁊ restituendū p̄fato re
ctori supradictas decimas oēs ⁊ singulas ꝑ ip̄m seu eoꝝ alterū aut eoꝝ noie vt
premissum est perceptas leuatas ⁊ habitas si extant. ⁊ si nō extant ꝛc̄. verū valo
rem seu verā extimationē cōpellend̄ ⁊ odemnand̄ fore ac ꝑ vos cōpelli ⁊ condē
nari debere dictumqꝫ rectorem in ⁊ ad pristinā suā possessionē seu quasi iuris di
ctas nouales decimas in dicta sua parrochia libere percipiend̄ restituend̄ rein/
ducend̄ ⁊ reintegrand̄ fore ac ꝑ vos restitui reinduci ac reintegrari debere. spo/
liationesqꝫ molestationes ꝑturbationes vexationes ⁊ impedimenta predictas ⁊
predicta fuisse ⁊ esse temerarias illicitas indebitas ⁊ iniustas temerariaqꝫ illicita
indebita ⁊ iniusta ac de facto presumptas ⁊ presumpta ac suꝑ ipsis oībus et sin/
gulis et decimis predictis ⁊ earum occasione prefatis abbati ⁊ conuentui perpe
tuum silentium imponendum fore ⁊ per vos imponi ipsosqꝫ abbatē et conuen/
tum in expensis ꝛc̄.

¶ Libellus rectoꝝ qui dicunt se exemptos a solutiōe
visitatiōis decani. ⁊ nihilominus ꝑ eundem decanum
suspensi vel excōicati ob id denuntiantur.

Coram vobis. R. p. d. N. decretoꝝ doctore sedis apostolice capellano ⁊ sa/
cri palatij aplici cāꝝ causeqꝫ ⁊ causis ac partibus infrascriptis a sede apli
ca supradicta auditore specialiter deputato ꝓcurator ⁊ ꝓcuratorio noie hono/
rabiliū viroꝝ. n. ⁊. n. n. dioc. ecclesiaꝝ parrochialiū rectoꝝ cōtra ⁊ aduersus quē
dam assertum decanum decanatus ruralis. n. dicte dioc. et contra aliam quam/
cunqꝫ personam ꝓ ipso in iudicio legitime interuenieñ ꝓponit ⁊ dicit ⁊ quanqꝫ

rectores pro tempore earundem eccleſiarum parrochialium ⁊ cuiuſlibet ⁊c̄. pro tp̄e exñtes fuerunt ac etiam ſunt rectores moderni ⁊ eccleſie ipſe ſint a. x. xx. ⁊c̄. ⁊ centū annis ꝓxime preteritis citra ⁊ vltra ac a tanto tp̄e ⁊ per tantum tp̄s de cuius initio ſeu cōtrario hominū memoria non exiſtit ac etiam de vſu more cōſuetudine ⁊ obſeruantia legitime preſcriptis ⁊ incōcuſſe obſeruatis a temporib⁹ ſupradictis ⁊ per ipſa tempora antedicta liberi ⁊ imunes ab omni ⁊ quacunq̄ ſolutione [illegible]ſtatione ꝓcurationis decanalis ſi rōne ⁊ occaſione p̄ſe viſitationis decano ꝓ tempore etiam moderno aliqua debeatur. qđq̄ non fateor nec fateri intendo p̱ quecūq̄ dicta ſiue dicenda imo potius diffiteor ⁊ nego. fuerūtq̄ etiam rectores earundem eccleſiarum ⁊ cuiuſlibet ipſarum reſpectiue pro tempore exiſteñ ⁊ etiam dñi rectores moderni et eccleſie ipſe ſint in poſſeſſione pacifica et quieta quaſi huiuſmodi iur⁹ libertat⁹ ⁊ immunitat⁹ a dictis temporibus ⁊ per ipſa tempora citra ⁊ vltra ſalua p̄ti controuerſia. nihilominus prefatus N. aſſertus decanus decanatus ruralis ſupradictus prefatos dños. n. et. n. rectores antedictos et quemlibet ipſoꝝ non citatos non monitos non confeſſos nec conuictos neſcit quo ſpū ductus ob cām vt aſſerit non ſolutioñ p̄ſaꝝ procurationū per eundem aſſertum decanū ſibi ab eiſdez rectoribus dictaꝝ eccleſiarū parrochialium deberi aſſertarum ratione viſitatioñ quas exercuiſſe aſſerit in dictis parrochialibus eccleſiis de ⁊ pro anno nat⁹ dñi ⁊c̄. ſuſpeñ ⁊ excōmunicatos publice nuntiari fecit ⁊ mandauit quanq̄ ipſi rectores aut eoꝝ alter neq̄ dicte parrochiales eccleſie ſiue earum altera ipſi p̄ſo decano in nullo teneantur ratione p̄ſe viſitatioñ ſue neq̄ ſoluere ſint obligati ⁊ prefatos dños. n. ⁊. n. dictas eorum eccleſias in earum pacifica ⁊ quieta ſeu quaſi poſſeſſione libertat⁹ ⁊ imunitat⁹ moleſtauit perturbauit ⁊ impediuit moleſtat ⁊ ꝑturbat ⁊ impedit ac al's fecit ⁊ facit quominus. n. ⁊. n. ⁊ prefate ſue eccleſie libertat⁹ et imunitate pacifice ⁊ quiete frui ⁊ gaudere poſſint ⁊ valeant ⁊ eoꝝ quiſq̄ poſſit ⁊ valeat in libertatis ⁊ imunitat⁹ eccleſiaſtic⁹ perpetuam eneruationem ⁊ dictoꝝ dñorum. n. et. n. et ipſarum parrochialium eccleſiarum non modicum preiudicium et grauamē. Et ita fuit ⁊c̄.

¶ Item etiam dicit ꝙ premiſſa oīa ⁊ ſingula fuerūt ⁊ ſunt notoria publica ⁊ manifeſta ⁊ ſic de oībus ⁊ ſingulis fuit ⁊ eſt publica vox ⁊ fama.

¶ Quare petit dictus procurator ⁊c̄.

¶ Premiſſa dans dicens ⁊ petens omnibus ⁊c̄. ¶ Et proteſtatur ⁊c̄.

¶ Libellus rectorum parrochialium ꝙ non conſueuerunt viſitari contra archidyaconū.

Coram vobis venerabili ⁊ circūſpecto viro dño. N. apoſtolice ſedis a dicta ſede ſpecialiter deputato ꝓponit procurator et nomine procuratorio venerabiliū viroꝝ dñoꝝ. n. ⁊. n. parrochialiū eccleſiaꝝ. n. dioc⁹ rectoꝝ ⁊ cuiuſlibet eoꝝ tam coniunctim q̄ diuiſim contra ⁊ aduerſus quendam magr̄m. n. aſſerentem ſe archidyaconū in eccleſia. n. ⁊ contra aliam quamcunq̄ perſonam ꝓ ipſo legitime interuenieñ ⁊ dicit ꝙ licet rectores parrochialiū eccleſiaꝝ earundē ⁊ cuiuſlibet ipſarum qui pro ipſis fuerint predeceſſores dictorum rectorum modernorum ipſiq̄ rectores moderni et quilibet ipſorum ac ipſe parrochiales eccleſie ⁊ quelibet ipſarum a. x. xx. ⁊c̄. ⁊. xl. annis proxime preteritis citra ⁊ vltra a tanto tp̄e ⁊ per tantum tempus de cuius initio ſeu cōtrario hoim̄ memoria nō exiſtit

etiam de vsu more ꝯsuetudine et obseruatioñ legitime perscript⁊ ac inconcusse et inuiolabiliter obseruat⁊ fuerũt esseqꝫ cõsueuerũt ⁊ fuit et esse debeant liberi ⁊ immunes ab omni ⁊ quacunqꝫ solutioñ et prestatioñ cuiuscunqꝫ procuratioñ seu quarũcunqꝫ ꝓcurationũ ratione alicuius visitatioñ seu aliquaꝝ visitationum dictaꝝ eccliarum seu alterius earunđ per dños archidyaconos eccle·n· qui pro tpe fuerint ⁊ per dñm archidyaconum modernũ facte seu factarũ ac extiend ⁊ fiendarum fuerũtqꝫ etiam et fuit a dict⁊ temporibus ⁊ per tempora rectores earum ecclesiarum⁏et cuiuslibet ipsarum respectiue pro tpe existẽt et etiã dñi rectores moderni et ecclesie ipse saluis vexationib⁊ molestationibus perturbatiõibus de quib⁊ infra dicet̃ ac ꝯtrouersia pñti in possessione pacifica et quieta seu quasi libertatis et immunitatis predictarũ nihilomin⁊ tamẽ prefat⁊ mgr̃·n·assertus archidyacon⁊ eccle·n·predicte pñdens licet false sibi ꝓcurationem seu ꝓcurationes occasioñ cuiusđ pñse visitatioñ seu pñsarũ visitationũ per eum seu eius ꝯmissariũ in dictis parrochialibus ecclesijs ⁊ quã⁊ libet ipsarum vt pretendit̃ facte seu factaꝝ per dictos rectores modernos dictaꝝ parrochialium ecclesiarum ⁊ quẽlibet ipsorum debitas ab eisđ rectoribus modernis et quẽlibet ipsorum exigere nisus fuit et nitit̃ ipsos rectores ⁊ quẽlibet ipsoꝝ sup eisđ pñsis ꝓcuratiõibus multipliciter vexãdo molestãdo et perturbando licet indebite et iniuste ac temere et de facto·

¶Quare petit dictus ꝓcurator noĩe quo supra p vos dñm auditorẽ prefatũ ⁊ vestrã diffinitiuã sñiam ꝓnuntiari decerni ⁊ declarari dictas postulatas pñsarum visitationũ dictorum ꝓcuratiões vexatiões molestatiões ⁊ perturbatioñ supradictas fuisse et esse temerarias illicitas ⁊ iniustas ⁊ de facto presumptas ⁊ sup ipsis et dicta pñsa ꝓcuratioñ prefato dño·n·asserto archidyacono ꝑpetuũ silentiũ imponẽdũ fore ⁊ p vos imponi ac ipos dños·N·⁊·N·rectores et dictas eorum ecclesias ab impetitiõe eiusđ dñi asserti archidyaconi absoluendũ fore et per vos absolui ac eunđ mgr̃m·n·assertum archidyaconũ in expeñ in hac causa legitime factis de fiendis ꝓstat̃ condẽnandũ fore et p vos ꝯdẽnari ac in his ⁊ alijs oportuñ sibi iustitiã ministrari vr̃m benignũ officiũ humiliter implorãdo· Et premissa dat d cit ⁊ petit dict⁊ ꝓcurator noĩe quo supra coniunctim et diuisim oĩbus meliorib⁊ modo via iure causa ⁊ forma quib⁊ melius potuit et debet saluo sibi dicto noĩe iure addẽdi ⁊c̃·et ꝓtestatur·

¶Libellus archidyaconi ꝙ ꝯsueuit visitare ꝯtra libellũ precedentem·

Coram vobis·R·p·⁊c̃·causarum et cause ac partib⁊ supra et infrascriptis auditore iudiceqꝫ ⁊ cõmissario specialiter deputato asserit et in iure ꝓponit ꝓcurator ⁊ noĩe ꝓcuratario venerabilis et circumspecti viri dñi·N·A·ecclesie·n·contra ⁊ aduersus quosđ·n·⁊·n·parrochialium ecclesiaꝝ·n· dioc⁊ rectores et contra quẽlibet ipsorum tam cõiunctim ꝙꝫ diuisim ac cõtra aliam quacunqꝫ personã pro ipsis seu eorũ altero in iudicio legitime interuenieñ ·et dicit ꝙ dñi archidyaconi prefate eccle·n·ipsi⁊ dñi arobidyaconi predecessores qui fuerunt pro tpe a·xxx·xl·⁊c̃·et centum annis ꝓxime preteritis citra et supra et etiã a tãto tempore et per tantum tempus ꝙ hm̃oi memoria hoĩm in contrarium non existit in venerabili ⁊c̃·cathedrali ecclesia·n·inter alias dignitates in ipsa ecclia fundatas fuit et hodie est quedã notabilis dignitas dicta cõiter ⁊ appellata archidyaconatus ecclesie·n·habẽs sub se plures et diuersas ecclesias parrochiales

dño archidyacono ipsum archidyaconatum obtinẽti ⁊ sue visitatiõi subditas ⁊
submissas et presertim supradictas parrochiales ecclesias·n·et·n· et ꝙ a tpibus
et per tempora superius ꝑxime dicta ac etiã dictis vsu more obseruãtia et con/
suetudine legitime prescriptis et a temporibus et per tempora superius ꝑxime
dicta inconcusse et inuiolabiliter tentis et obseruatis fuerunt effecq; consueuerũt
prout fuit et hodie est salua tñ pñti cõtrouersia idem dñs·n· archidyacon⁹ mo
dernus [illegible]one et ob causam dicti sui archidyaconatus in plena et pacifica pos
sessione seu quasi habuerũtq; et habent et habere debuerunt et debent idẽ dñs
archidyaconus modernus ius ac ptãtem et auctoritatem visitandi singulis an/
nis omnes et singulas quascunq; parrochiales ecclesias infra limites et territo
rium dicti sui archidyacontus situatas et existentes et ꝑsertim supradictas par
rochiales ecclesias·n·⁊·n· ac sacramẽta ipsaru; necnõ edificia ⁊ libros ac calices
ornamẽtaq; alia ad ipsas ecclesias ptinentes ⁊ ptinentia ac rectores ⁊ parrochi
anos eorund in foro cõtentioso et spirituali necnõ et singulis rectorib⁹ parro/
chialium ecclesiarum ipaꝝ ratiõe et ob cãm visitatiõis et presertim a singulis
rectoribus parrochialiũ ecclesiarũ·n·⁊·n·pdictaꝝ et cuiuslibet earũ qui fuerũt
pro tempore et qui nunc sunt plenas et integras ꝓcuratiões pro suis visitatio/
nibus dum et quotiẽs semel tamen in anno ecclesias·n·et·n·predictas visitaue/
rint ipsi dñi archidyaconi habend et recipiend ipsiq; rectores dum et quotiens
visitati fuerint semel tamẽ in anno p dictũ dñm archidyaconũ seu eius vicariũ
ad hec p eũ deputatꝫ si sibi aliqualiter ad hec deputatꝫ fuerit aucte aplica con/
cessum contẽti fuerũt ⁊ debuerũt soluereq; tenenẽ ⁊ debẽt prefati·n·et·n· recto
res moderni prefato dño archidyacono pro hmõi suis visitationibus plenas ⁊
integras ꝓcuratiões illasq; soluerũt soluereq; ɔsueuerunt ꝓut quilibet ipoꝝ
soluit et soluere ɔsueuit donec a paucis tpibus citra et quõlibet prefati·n·et·n·
predictarum·ecclīarum·n·et·n·rectores moderni ꝓcurationes debitas q̃uis tñ
indebite ⁊ iniuste ɔtradixerũt ⁊ recusarunt ac quilibet iporum soluere contra/
dicit et recusat·

¶Item ꝙ prefate parrochiales ecclīe·n·et·n·et quelibet ipsarum a tpibus ⁊ per
tempora superius ꝑxime dicta fuit et est infra fines et limites prefati archidy
aconatus visitationiq; ipsius subditꝫ et submissꝫ·

¶Item ꝙ prefatus dñs·n·de annis dñi ⁊c·necnon per oẽs et singulos menses
septimanas dies et horas ipsoꝝ modorum ꝑxime dictorum fuit et erat verus
archidyaconus dicti archidyaconat⁹ ecclesie·n·ac in pacifica ⁊ quieta possessi/
one eiusd seu quasi quodq; fuit et erat sibi auctoritate apostolica legitime con
cessum qtñs per annos et tempora superius ꝑxime dicta ipe posset prefatũ su
um archidyaconatũ et parrochiales ecclesias ipsius archidyaconatus ac sibi ⁊
sue visitationi subditꝫ per personã idoneã ad hoc de cõsensu partiũ deputatꝫ vi
sitare seu visitari facere et ab ecclesijs ipsis sic visitatꝫ seu rectoribus earundem
procuratiões sibi debitas in pecunia numerata recipere ⁊ habere·

¶Item ꝙ prefatus dñs archidyaconus per se seu eius vicarium ad hoc idone/
um ⁊ ab eo legitime deputatu; parrochiales ecclesias·n·⁊·n·supradictas ⁊ quã
libet ipsarum que in ⁊ de dicto suo archidyaconatu ac sibi ⁊ sue visitationi exi/
stunt subdite plurime ac per plures annos locꝫ ⁊ tempore oportuñ specifican
dos ⁊ declarãdos de quo protestaẽ idem procurator videlicꝫ semel in anno de

bite visitauerit· quodq; pro visitationibus hm̄oi prefati·n·et·n·parrochialiū ec
clesiaꝝ·n·ꝛ·n·supradictaꝝ rectores ꝛ quilibet tētus fuit et debuit dicto dn̄o ar
chidyacono seu eius vicario pro visitationib⁹ p̄dictaꝝ videlicet quēlibet ipoꝝ
pro quolibet anno quib⁹ p prefatū dn̄m archidyaconū seu eius vicariū semel
in anno fuerūt visitati vnā plenā ꝛ integrā ꝓcurationē debitam eidem dn̄o ar
chidyacono soluere ꝛ ꝙ hec facere denegarūt ꝛ denegāt recusarūt ꝛ recusant ꝓ
ut quilibet ipoꝝ facere denegauit ꝛ denegat recusauit ꝛ recusat i[illegible]si⁹ archi
dyaconi preiudiciū ꝛ prefatoꝝ·n·ꝛ·n·parrochialiū ecclesiaꝝ de·n·et·n·p̄dictaꝝ
rectorum ꝛ cuiuslibet eorund̄ aie dānabile detrimentum·

¶ Item ꝙ premissa oia ꝛ singl ꝛc̄·

¶ Quare petit ꝓcurator predictus p vos·R·p·d·N·auditorem p̄fatū vr̄amq;
diffiniti iā sniam ꝓnuntiari decerni ꝛ declarari·

¶ Libellus abbat qui dicit se exemptū a iurisdictiōe epi·

CORam vobis Reue·pr̄e ꝛ dn̄o·N·tituli scti·N·scte Ro·eccl·pbr̄o cardinali
camereq; ac cause ac partibus infrascript iudice ꝛ cōmissario a dn̄o nr̄o
Papa specialiter deputato dicit asserit ponitq; ꝛ ꝓbare intendit ꝓcurator ꝓ
curatorio nōie religiosoꝝ virorum dn̄orum abbatis ꝛ ꝯuentus monasterij scti
N·de nemore ordinis scti·B·n·diocl ꝙ a duob⁹ annis ꝓxime p̄teritis citra ꝛ vl
tra dicti abbas ꝛ cōuentus p̄fati monasterij scti·n·necnō monasteriū ipm cum
oībus ꝛ singl mēbris ipsi⁹ bonisq; rebus ac p̄sonis necnō ipoꝝ abbatis ꝛ ꝯuen
tus ꝛ mēbrorum dicti monasterij seruitorib⁹ ꝛ familiarib⁹ vndecunq; locorum
cōsistentibus ꝛ exn̄tibus fuerūt ꝛ sunt ab oīmoda iurisdictiōe lege cēsura corre
ctiōe punitiōe visitatiōe ꝛ dn̄io·R·p·d·epi·n·suorūq; vicariorum ꝛ officialiū ex
empti penitus et liberati·Et ita fuit ꝛc̄·

¶ Item ꝙ veritas fuit ꝛ est preter id ꝛ absq; eo ꝙ a dictis duob⁹ annis citra et
vltra p̄fatus dn̄s ep̄s·n·aut sui officiales potuerūt ꝛ debuerūt possitq; et debe
at saltem iuste p̄fatos abbatē ꝛ cōuentū corrigere ꝛ punire iposq; et monasteri
um predictū visitare aut aliquā iurisdictionē presertim ordinariā in eos aut eo
rum aliquē ac ipoꝝ mēbra exercere·Et sic fuit ꝛc̄·

¶ Itē ꝙ p̄missis nō obstañ dn̄s·n·exn̄s ep̄us·n·modern⁹ tā per se q̄ȝ p suos pre
tensos officiales ꝛ vicarios nup ꝛ a dictis duobus annis citra venerabili pr̄i·d·
n·tūc ꝛ nūc abbati necnō religiosis dicti monasterij per suas quasdā tales qua
les pn̄sas lr̄as ꝙ ipse monasteriū ꝛ p̄sone monasterij predicti ac loci scti·n·d·n·
visitare intēdebat vt dicit intimauit seu intimare fecit eisq; in virtute scē obedi
entie precepit ꝛ mādauit sub penis suspēsionis et excōicatiōis in ipos dn̄m ab
batem ꝛ religiosos necnō interdicti sniam in monasteriū predictū ꝓmulgand
q̄tn̄s ipsi ipm dn̄m ep̄m semotis quibusdā ꝯtradictiōib⁹ ꝛ rebelliōn ac impedi
mentis certa die tūc vt dicit p eund̄ dn̄m ep̄m seu eius officiales predictos assi
gnata in dicto eorū monasterio reciperent ꝛ ad visitationis officium exercen
dum admitterent·

¶ Item ꝙ supradicti dn̄i·D·abbas ꝛ ꝯuentus sciētes se ac monasteriū eoꝝ p̄di
ctum p intimatiōes monitiōesq; ac precepta pn̄sa supradicta multipliciter fu
isse ꝛ esse grauatos ꝛ oppressos timētesq; in futurū plus posse p dictū·d·ep̄um
aut eius vicarios vel officiales opprimi ꝛ grauari ab ipsis dn̄o ep̄o suisq; offici
alibus ꝛ vicarijs necnō intimationibus monitionibus ꝛ preceptis pn̄sis suprad

dictis q̄citò de ipsis notitiam habuerũt ac al's infra tp̄s iuris de anno domini M·cccc·xx·ꝛc̄·die·vii·mẽsis Maij eiusdẽ anni ad·d· nr̄m Pa·supradictuꝫ eiusq̄ sctām sedẽ ap̄licā in scriptꝭ ꝓuocarũt ꝛ appellarũt ap̄losq̄ debite petierũt·

¶ Item dictis ꝓuocatiõibus ꝛ appellatiõibus minime obstañ ꝛc̄·ꝙ ipse forent ꝛ essent prefatis dño ep̄o suisq̄ vicarijs et officialibus debite intimate ꝛ notifi-cate ac de ipsis verā ꝛ indubitatā notitiam habuissent ac quilibet coꝝ habuisset idẽ dñs [illegible] nuꝑ videlꝫ de anno dñi·M·ꝛc̄·ꝛ die·n·mẽsis·n·eiusđ anni in supra dictũ moñ·interdicti eccl'iastici ac in abbatẽ ꝛ religiosos dicti monasterij supra dictas suspensioñ aggrauatiõis ꝛ reaggrauatiõis sñias vsq̄ ad inuocationem brachij secularis vt asseritꝭ ꝓmulgauit ac p̄fatos abbatem ꝛ religiosos tanq̄ ex cõicatos aggrauatos ꝛ reaggrauatos demũq̄ monasteriũ interdicto eccl'iasti-co suppositũ fuisse ꝛ esse dicta sua pñsa auc̄te ordinaria etiã de facto ꝑ ciuitatẽ ꝛ dioc̄·n·ꝓnũtiari ꝛ denũtiari mãdauit ꝛ fecit ꝛc̄·

¶ Item ꝙ prefate pñse interdicti eccc̄liastici necnõ suspẽsiõis excõicationis ag grauatiõis ꝛ reaggrauatiõis sñie fuerũt ꝛ sunt per prefatũ dñm ep̄m·n· post ꝛ cõtra supradictas ꝓcuratiões ꝛ appellatiões pro ꝑte dictoꝝ abbatis ꝛ ꝯuẽtus interpositas late ꝛ fulminate ꝛ ꝙ propterea fuerunt ꝛ sunt nulle inefficaces in ualide· Ita fuit ꝛc̄·

¶ Item ꝙ pars supradictoꝝ dñorum abbatis ꝛ ꝯuẽtus cām ꝛ causas appella-tionis ꝛ appellatioñ supradictaꝝ vobis·R·in xp̄o pr̄i ꝛ dño cardinali scti·N· cum ptāte ipsos dños abbatẽ ꝛ conuẽtum a dictis suspeñ ꝛ excõicatioñ sentẽti-is simpliciter vel ad cautelā absoluenđ interdictumq̄ pretensum supradictũ re laxandũ cõmitti obtinuit ꝛ ꝙ vos vigore dicte vobis facte cõmissiõis potestis ꝛ debetis ipsos abbatẽ ꝛ conuentũ ad cautelā absoluere interdictumq̄ pñsuꝫ re laxare· Et ꝙ sic fuit ꝛ est verum·

¶ Item ꝙ premissa oīa ꝛ singl' ꝛc̄·

¶ Libellus super maioritate
et iurisdictione episcopi·

Coram vobis Reueredo p̄re dño·P·ep̄o Seneñ ꝛ sacri palatij causaruꝫ ꝛ partiũ infrascriptaꝝ a dño nr̄o Papa auditore specialiter deputato pro ponit ꝓcurator ꝛ eo noīe·R·p·d·G·dei et ap̄lice sedis gr̄a ep̄i·R·pro se et noīe eccl'ie sue agentꝭ cõtra ꝛ aduersus quenđ·H·assertũ priorem prioratus de·L·et M·assertum rectorem seu vicariũ curatum parrochialis ecclesie loci·n·r·diocꝭ et alias quascunq̄ personas pro eis in iudicio legitime interuenieñ tam cõiun-ctim quã diuisim per modum libelli siue petitioñ summarie·et dicit ꝙ licet tam de iure cõmuni q̄ etiam vsu more obseruantia ꝛ consuetudine legitime p̄scriptꝭ et a tanto tempore ꝛ per tantum tempus ꝙ non est memoria hominum in con trarium continue tentꝭ et obseruatꝭ·R·ep̄i pro tempore habuerũt ꝓut moder-nus·R·p·dñs G·ep̄us·R·pro tempore habet in rectores sue vicarios parrochi alium ecclesiarum ac priores prioratuum nõ conuentualiũ seu diocꝭ et p̄sertim priorem ꝛ rectorẽ seu vicarium ꝑpetuum ꝛ curatũ prioratus ꝛ parrochialis ec clesie de·n·n·diocꝭ antedictꝭ superioritatẽ et iurisdictioñ eos ad synodum vo-candi visitandi pro excessibus et delictis cõmissis secundum eorum exigentiaꝫ corrigendi et puniendi excõicãdi penas et mulctas infligendi et in eos salua hu iusmodi controuersia hmõi superioritatem et iurisdictionem exercuerũt etiaꝫ

a temporibus predictis ⁊ per ipsa tpa ꝓut dictus·G·eps hmōi superioritatē et
iurisdictionē in vicarios siue rectores et priores diocesis sue·R·per tpa quibus
eidem ecclesie prefuit exercuit et exercet fuerūtqꝫ vocationes ad synodū visita-
tiones correctiones excōicationes late pene et mulcte hmōi qñ p epm·R·fiebāt
reputate reputabant̄ et hodie si fierent reputarent̄ valide canonice et efficaces·
Et licet etiā ⁊ vt premittit̄·R·p·dñi epi·R·ꝓ tpe qui fuerunt ab eisdem tpibus ⁊
per ipsa tpa erāt ⁊ modernus eps·R·saluis infrascriptis sit in plena pacifica
possessione hmōi iurisdictionē ⁊ superioritatem exercendi vocandi ad synodum
visitandi corrigendi penas et mulctas infligendi· Nihilominus tamen cum
al's dict᷑·H·prior prioratus·N·R·dioc᷑ clamorosa insinuatiōe et publica fama
referente diuersis et enormibus criminibus in dioc᷑·R·⁊ infra limites iurisdicti
onis dicti·R·p·d·G·epi·R·per eū perpetratis et cōmissis irretitus ⁊ respersus et
apud ipm dñm epm pluries delatas instañ ꝓmotori officij per ipm dñm epm
deputat᷑ ex suo mero officio ꝓcedeñ et ad ipsius mandatum ad certos diem et
terminum ad sibi obijcienda responsurus et·M·assertus rector seu vicarius cu-
ratus p̄rochialis ecclesie loci de·N·R·dioc᷑ ad synodum generalem·R·per archi
dyaconum·R·vt moris est sufficient̄ et debite vocati et citati fuissent tanqꝫ sub
diti infra dioc᷑·R·ac sub iurisdictione epi·R·pro tēpore existis· dicti tamen·H·
prior et·M·rector asserti p̄ndentes se licet false a iurisdictione ⁊c̄·epi·R·ꝓ tem-
pore exemptos·M·vicarius siue rector ad synodum venire et·H·prior predicti
ad obijcienda sibi ex causa premissa responsurus sufficienter citatus comparere
non curarunt·quinimo se dicto Reuerendo patri dño epo·R·temere ⁊ de facto
opposuerunt et de p̄nti opponunt eiusqꝫ mandata et correctiones caritatiuas
et iuridicas recipere recusarunt ⁊ recusant·dictumqꝫ dñm epm Redoneñ in ex-
ercitio iurisdictionis et superioritatis predict᷑ ac iur᷑ ecclesie Redoneñ impedi-
uerunt et impediunt ⁊ p̄ndentes se per eundem dñm epm seu eius vicarios gra
uatos ad Reuerendum patrem dñm archiepm·T·eiusqꝫ curiam metropolitañ
vt dicitur appellarunt in animarum ipsorum periculum dicte ecclesie et moder
ni epi Ricardi preiudicium non modicum et iacturam·dictusqꝫ Reuerendus pa
ter dñs·G·eps·R·a quibusdam grauaminibus sibi in curia·T·illatis ad sedē apo
stolicā et sanctissimū dñm nr̄m papā appellauit·vnde cause p̄nsaꝝ recusationū
oppositionū et iurisdictionis hmōi necnon p̄nsarum appellationum pro parte
dictorum prioris et·M·rectoris ac nullitatis et discretionis earundem ad sedeꝫ
metropolitañ·T·vt p̄nditur ac etiā pro parte dicti dñi epi ad Sanctissimū do-
minū nostrum papam et sanctam sedem apostolicam a quibusdam sibi in curia
T·illatis grauaminibus vt premittitur interpositarum vobis Reuerendo patri
dño·P·⁊c̄·auditori predicto ad instantiam Reuerendi patris dñi·G·epi ipsius
et ecclesie sue nominibus cōmisse fuerunt in quibus vsqꝫ ad terminum ad libel-
landum processum fuit·
¶ Quare petit dictus ꝓcurator noīe quo supra per vos·R·p·d·P·epm et audi-
torem prefatum vestramqꝫ diffinitiuā sniam ꝓnuntiari decerni et declarari oī-
modas et totales ordinarias ptātem superioritatē et iurisdictionem tam in ciui
libus qꝫ criminalibus in et super dictis·H·priore et·M·rectore seu vicario prio-
ratus ⁊ ecclesie parrochialis loci·n·predict᷑ ⁊ quibusuis alijs prioribus recto-
ribus seu vicarijs loci huiusmodi pro tempore ad dictum dñm·G·⁊ quēuis alium

pro tpe· R· epm tanq ordinariu z ordinario iure spectasse z ptinuisse ac spectare z ptinere de iure ipsosq priore z rectore seu vicariu ad prandu dicto epo eorum ordinario reuerētiā obedientiā z subiectionē in predict ac ceteris iuribus epalibus p vos condēnados cogend z copellend fore ac p vos codemnari cogi z compelli· oppositioesq rebellioes molestatioes recusatioes et impedimenta predicta p dictos· I· priorem prioratus de· N· et· M· rectorem seu vicariu curatum par[redacted]alis ecclesie loci de· n· tam coniuctim q diuisim dicto dno· G· epo R· sup iurisdictioe z superioritate ac subiectio predictis occasioe vocatio ad sinodu et excessuu ac als prestita et facta fuisse et esse temeraria illicita indebita iniqua et iniusta ac de facto presumpta dictisq· I· et· M· priori z rectori taz coniunctim q diuisim premissa fecisse et facere minime licuisse neq licere· ipisq sup premissis ppetuu silentiu imponendum fore z p vos imponi· eosd· I· z· M· aduersarios tam coniuctim q diuisim in expen pterea in hmoi causa legitime factis codemnados fore z p vos condēnari d expen fiendis ac damnis interesse et iniurijs passis ptestatur et als in de et sup premissis oibus z sing sibi iustitiam ministrari· vestru insup in premissis oibus z sing et eo quolibet benignu officium humiliter imploraudo·

¶Premissa coniunctim z diuisim narrat et petit dictus pcurator melioribus modo via iure causa z forma quib potest et debet·

¶Saluo iure zc·   Et ptestatur zc·

¶Libellus preeminentie prepositi·

Coram vobis· R· in xpo pre z dno dno· B· dei z apostolice sedis gratia episcopo· M· sctissimi dni nri Pape in alma vrbe in spiritualibus vicario generali cause z partium infrascriptaru comissario z iudice delegato infrascriptē positiones et contēta in illis etiā p modum petitiois articulate et oni meliori modo via iure causa et forma quibus melius fieri potest et debet et ad oēs meliores fines et effectum sibi et parti sue proficuos et parti aduerse nociuos dat ponit pducit asserit pcurator et eo noie venerabilis viri dni· B· prepositi ecclesie· S· contra z aduersus residuum canonico z capituli ecclesie· S· et ɔtra oēm aliam personam pro eis et eorum noibus in iudicio pntis cause legitime copatent quibus singulariter sing petit per dictos canonicos et capitulu siue eo sindicum medio iuramento responderi debere per verbum credit vel non credit q si negati fuerint se illos pbaturum offert seq et partem sua ad proband illos admitti in Ro· cu· et extra et ad partes citra tamen onus superflue pbationis de quo ptestatur expresse·

¶Item in primis quid ponit q ab vno· v· x· xx· xxx· xl· lx· centum annis p xime decursis citra vsq nunc et a tanto tpe cuius initij in contrariu memoria hoim non existit in ciuitate Senarum fuit esseq consueuit put hodie est queda solēnis cathedralis ecclesia vocata ecclesia cathedralis Senen habens pro tempore suis vacatio except epum vt caput prepositu z archidyaconu z canonicos capitulu de per se facien vt mēbra longamq et lata diocē aliaq insignia cathedralem ecclesiā facien· Et q sic fuit zc·

¶Itē q a dict tpibus z per ipsa tpa in dicta ecclia Senen fuit esseq consueuit z hodie est quedā dignitas principalis post potificalē ppositura nucupata clerico seculari in titulu perpetui beneficij ecclastici dari z coferri solita et cosueta

inter que fuit ⁊ est illa quā quondā·N·⁊·G· ꝑpositi dū vixerūt ⁊ ante obitū ipo
rum ⁊ tpe obit⁹ ipoꝝ tenuerūt ⁊ possederūt publice palā ⁊ notꝰ· Itaqꝫ fuit ⁊c̄·
¶ Item ꝙ a dictis tpibus ⁊ p ipsa tpa tā ex antiqua ⁊ approbata ꝯsuetudine ꝙꝫ
ex forma ꝯstitutionū dicte eccl'ie Seneñ ꝑpositura dicte eccl'ie fuit ⁊ est princi/
palis dignitas in dicta eccl'ia post pōtificalē ⁊ ꝓ tali habita dicta tēta et noiata
reputat̄ habet̄ ⁊ noiat̄ publice palam ⁊ notorie· Et ꝙ sic fuit ⁊c̄·
¶ Item ꝙ a dictis tpibus ⁊ per ipsa tpa prepositi dicte eccl'ie Sen[...] tpe exi/
stent⁹ ꝯsueuerūt ⁊ ad eos spectauit ⁊ spectat tenere primū locū post pontifica/
lem in choro ⁊ capl'o necnō capl'm qñ opus est congregare· ⁊ primo discutiēda
in capl'o ꝓponere· Et ꝙ sic fuit ⁊c̄·
¶ Item ꝙ similiter ad prepositū dicte ecclesie pro tpe existent⁹ in dicta ecclesia
spectat ⁊ pertinet in choro ⁊ capl'o silentiū imponere verbales emēdationes fa
cere penā vsqꝫ ad quinqꝫ solidos imponere primū locum in incessu ꝓcessiōib⁹
⁊ alijs quibuscunqꝫ locis vbi capitulū repñtatur tenere ⁊ oia alia facere que tā
de iure ꝙꝫ de consuetudine prime dignitati in ecclesijs cathedralibus debentur·
Et ꝙ sic fuit ⁊c̄·
¶ Item ꝙ similiter ad dictū prepositū pro tpe existeñ in dicta ecclesia spectat
et pertinet officiū cantores et oēs diuini cultus administratiōes et cerimonias
disponere ⁊ ordinare diebus solēnibus missaꝝ ⁊ vesperoꝝ solēnia p se celebra/
re ⁊ alia facere que d' iure prime dignitati in eccl'ia cathedrali debet̄· et hoc fuit·
¶ Item de premissis oibus ⁊ singl'⁹ fuit ⁊ est publica vox ⁊ fama·
¶ Item vltra premissa ponit et si opus est ꝓbare intendit ꝙ quondā bo·me· do
minus·N·tpe ei⁹ vite ⁊ ante ei⁹ mortē spatio·v·x·et·xv·annoꝝ ꝯtinuorum ⁊ vl
tra vel circa fuit ꝑposit⁹ dicte eccl'ie Seneñ seqꝫ ꝓ tali habuit dixit reputauit ⁊
noiauit fuitqꝫ ab alijs dict⁹ tētus reputat⁹ ⁊ noiat⁹ publice palā ⁊ notorie·
¶ Item ꝙ dictus dñs·n·prepositus et successiue post eū·G·etiā ꝑpositi dicte ec
clesie dū vixerūt tenebāt in choro ⁊ capl'o primū locū et primi in processiōibus
post epm ꝓgrediebant̄ ⁊ alia faciebant que ꝑpositis ⁊ prime dignitati in cathe
drali post pōtificalē ꝑtinēt sicqꝫ nisi fuerūt facere ⁊ opari pñt⁹ patiēt⁹ ⁊ in nul/
lo cōtradicent⁹ alijs canonic⁹ residuo capl'i dicte ecclesie· Et ita fuit ⁊c̄·
¶ Item ꝙ a dictis tpibus et per ipsa tpa quedā ecclesia scti·P·de·S· fuit esseqꝫ
cōsueuit et hodie est vnita dicte ꝑpositure et disposita specialiter et expſſe pro
prebeñ dicte prepositure publice palā et notorie·
¶ Item ꝙ venerabilis vir dñs·M·dum vixit in humanis fuit prepositus dicte
ecclesie·S·seqꝫ pro preposito dicte ecclesie dixit gessit noiauit et reputauit fuit
pro tali et vt talis ab alijs dictus tentus reputat⁹ ⁊ noiatus publice palā et no/
torie· Et sic fuit ⁊c̄·
¶ Item ꝙ dum dictus dñs·M·esset prepositus dicte ecclesie in cui⁹ prepositu/
re prebēdeqꝫ ipsius possessioñ seu quasi pacifica et quieta sicut dño placuit an
te kalen·mensis Martij anno incarnatiōis dñice·M·cccc·l·mortuus fuit et est
per cuius obitū dicta prepositura vltimo vere de facto vacauit ⁊ ꝓ vacanti re
putata fuit publice palā et notorie·
¶ Item quō vacatione dicte prepositure ad notitiā sctissimi·D·N·deducta idē
A·de·N·volens dicto dño·B·ꝓpter eius vite ac morum honostatem aliaqꝫ lau
dabilia ꝓbitatis et virtutū merit⁹ quib⁹ apud eum fidedignoꝝ cōmendabat testi

monio sibi gratiam facere specialem dictā prepositurā que maior dignitas in dicta ecclesia post pontificalē existit et cui ecclesia scti Peregrini ꝺ senis est annexa cuius fructus ꝛc̄· lx· duc̄ auri se· cō· ex· va· an· nō excedūt vacañ per obitū dicti· N· siue alterius cuiuscunq̄ psone ꝛc̄· dicto dño· B· cōtulit et de illa puidit sibi necnō Reuerendo patri ꝛ venerabilib⁹ viris epo· M· scti· D· ac sci· N· seneñ moñ· abbatibus cū illa clausula ꝙ si non oēs duo aut vnus ipoꝝ ꝛc̄· dedit in mādatis [illegible]ictū· B· siue pcuratorem ipsi⁹ suo noīe in corporalem possessionē prepositure predicte ꝛ annexe iurisq̄ et pertinentiaꝝ ipsi⁹ induceret ꝛ inductū defenderent put in lr̄is apostolicis desup cōfectis quas p suis positiōib⁹ et articulis dat pducit et asserit inquantū p parte sua faciant ꝛ non aliter nec alio modo latius continetur·

¶ Item ꝙ dictus dñs· B· dict⁹ prouisioñ collatioñ et mandatū de inuestiendo sciuit illamq̄ ratam habuit lr̄as desuper procurauit et fieri fecit easq̄ venerabili viro abbati sancti Donati pñtauit processusq̄ desup expediri fecit oportuñ Et ꝙ sic fuit ꝛc̄·

¶ Item quō virtut⁹ dictarū lr̄arum ꝛ pcessuum desup habitoꝝ dictus dñs· b· in prepositum ꝛ canonicū dicte ecclesie receptus fuit sibiq̄ assignatus locus in caplo et stallus in choro alijs canonic⁹ solitis assignari·

¶ Item quomodo licet de iure et antiqua approbata ꝯsuetudine et scđm cōstitutiones ecclesie· S· dicta prepositura sit in dicta ecclesia prima dignitas post pontificalē ꝛ ad prepositū p tpe exñtem spectet et pertineat primū locū post epm tenere chorū et cerimonias eccl'ie ordinare dieb⁹ solēnib⁹ celebrare primū in pcessioñ pgredi primū in caplo pponere capl'm cōuocare in choro silentiū imponere verbales correctioñ facere posse vsq̄ ad quinq̄ solidos ꝯdemnare ꝛ alia cōueniētia prime dignitati in cathedrali post pontificalē exercere· nihilominus nescit quo colore dicti reliqui canonici et capl'm q̄uis ipm dñm· B· receperint in prepositū et canonicū ꝛ sibi ecclesiam scti Peregrini habere et fructificare pmiserint denegarūt et denegāt dictū prepositū alicui preesse et dictam prepositurā esse maiorē dignitatem post pontificalē et ipm debere primum locum post pontificalē tenere nec aliquid exercere posse de his que maiori dignitati post pontificalem cōueniunt ꝛ que de iure et ex forma constit⁹ dicte ecclesie ꝑpositus exercere debet in maximū animarum suarum periculū et dicti dñi· B· ꝛ ipsius prepositure ꝑiudicium ꝛ iacturam·

¶ Item quomō stātibus dictis ꝯtradictionib⁹ ꝛ recusatiōibus dictus dñs· B· ꝑpositus prefatus ne suo honori ꝛ dicte ꝑpositure dignitati preiudicaret nō permitteñ reliquis canonicis et caplo ipsum in loco sibi debito sedere et alia facere et exercere que ꝑposito dicte ecclesie tam de iure q̄ de cōsuetudine cōpetūt per annū et vltra a tpe adepte possessiōis ꝑpositure predicte nequiuit dicte ecclesie deseruire ꝛ debitas preposito distributiōes ac alios fructus capl'ares culpa et defectu dictoꝝ canonicoꝝ et capl'i percipere·

